 eternam sine vlla cūctatione venire: cum apostol⁹ dicat p̄  
 vnum hoīem peccati intrauit in mūdum: & per peccatum  
 mors: & ita in omnes homines pertransiit: propter quod & ipsa  
 si paruuli baptizant. Quid in illo vno possint intelligi  
 ra peccata: si ynum ipsum in sua quasi membra singula dia  
 possit: nō. A pa  
 quā duse

uidatur. Nā & superbia est illuc: quia in sua homo poti⁹ esse  
 q̄ in dei potestate dilexit: & sacrilegium: quia deo non cre-  
 didit: & homicidium: quia se precipitauit in mortem: & for-  
 natio spiritualis: quia integritas mentis humanæ serpēti-  
 na suasione corrupta est: & furtū: quia prohibit⁹ usurpat⁹ est  
 cibus: & auaritia: quia plus q̄ sufficere illi debuit: appeti-  
 uit: & si quid alius in hoc uno admisso diligenti considera-  
 tione poterit inueniri: Parentum quoq; peccatis paruulos  
 obligari non solum primorum hominum: sed etiam suorum  
 de quib⁹ ipsi nati sunt: non improbabiliter dicitur. Illa quip⁹  
 per sententia reddam peccata patrum in filios: tenet eos  
 utiq; anteq; per regenerationē ad testamētū nouum incī-  
 piat pertinere: quod testamētū pphabatur: cū dicere  
 per Ezechielē nō accepturos filios peccata patrū suorū: nec  
 vltierius futurā in Israhel parabolā illā: patres manducae  
 re vuā a cerbam: & dentes filiorū obstupescūt. Ideo em⁹ quis  
 q̄ renascit: vt soluat in eo quicquid peccati est cum quo na-  
 scitur. Nā peccata quę male agēdo postea committunę pos-  
 sent & poenitendo sanari: sicut etiam post baptis̄mum fieri  
 videmus. Ac per hoc nō est instituta regeneratio: nisi quia  
 virtiosa est generatio: vsq; adeo: vt etiam de legitimo ma-  
 trimonio procreatus dicat. In iniquitatib⁹ conceptrus sum:  
 & in peccatis mater me in utero aluit. Neq; hic dixit iniqui-  
 tate: vel in peccato: cum hoc recte dici posset: sed iniquates  
 & peccata dicere maluit: q̄a & in illo uno qđ in oēs hoīes per  
 transiuit: atq; tam magnū est: vt eo mutaretur: & conuerte-  
 retur in necessitatem mortis humana natura: sicut supra  
 differui: reperiuntur plura peccata & alia parentū: quę non  
 possunt mutare naturam: & reatu tamen obligant fili-  
 os: nisi gratuita gratia: & misericordia diuina subueniat.  
 A paruulo enim recens nato: vsq; ad decrepitum: senem  
 quamlibet corporis aetatem gerant: sicut nullus prohiben-  
 dus est a baptismō: ita nullus est qui non peccato moriatur

Leonis papæ

in baptismo. Sed paruuli originali/majores autē etiam his  
omnibus moriuntur peccatis quæcumq; male vivendo addi-  
dere ad illud quod nascendo traxere. Cauendum ergo dilec-  
tioni tuę est magna diligentia prouidendum/ne per hu-  
iusmodi homines extincta dudum scanda suscitentur: &  
de exciso olim dogmate aliquid in prouincia eiusdem mali  
germē oriatur: quod non solum in radicib⁹ suis crescat/fed  
etiam sancte ecclesiae soboles veneno sui odoris inficiat: qui  
correctos se videri nolunt ab omni suspitione se purgent &  
obediēdo nobis probent se esse nostros. Quorum si quisq; fa-  
lubribus præceptis satissimacere detrectarit / siue ille clericus/  
siue sit laicus/ab ecclesiæ societate pellatur/ne perditor am-  
mē suę salutis insidietur alienę. Illam quoq; partem ecclesiæ  
sticę disciplinę qua olim a sanctis patribus & a nobis sepe de-  
cretum est vt nec in presbyterat⁹ gradu / nec in diaconatus  
ordine/nec in subsequenti officio clericorum ab ecclesia cuiq;  
transire sit liberum / vt in integrum reuoces ammonemus.  
Et vnuquisq; non ambitione illectus/non cupiditate sedu-  
ctus/nō persuasione hominū depravatus / ibi ubi ordinatus  
est perseueret. Ita vt si quis sua querens non quæ iesu christi  
ad ecclesiam suā redire neglexerit: & ab honoris priuilegio  
& a cōmunionis vinculo habeatur extraneus. Non autē du-  
bitet dilectio tua nos si (vt nō arbitramur) neglecta fuerit q;  
pro custodia canonum & profidei integritate decernimus  
vehementius cōmouendos: quia inferiorum ordinum cul-  
pę ad nullos magis referendę sunt q; ad desides negligētesq;  
rectores: qui multa sēpe nutrīunt pestilentiam/Dum austor  
riorem dissimulant adhibere medicinam.

Leo vniversis episcopis per Campaniā Samm  
picenium. Epistola. LVII.



Agnā indignatiōe cōmoueor: & multo dolore dā  
tristor: q; quosdam ex vobis comperi esse apostoli  
ę traditionis oblitos: & studio sui erroris int̄t̄os!

ut præter paschæ festum cui sola penthecostes solenitas com  
paratur / audeant sibi met non aliqua humanae infirmitatis  
necessitate cogere / sed sola indisciplinati arbitrii libertate/  
ius baptismatis vendicare: & in natalib<sup>9</sup> martyrum quorū  
finis aliter honorādus est q̄ dies dominice passionis: regene  
rationis celebrare mysteria: ac sine ullis spiritualium erudi  
tionibus preparationum/ita rudibus & imperitis tradere fa  
cramentum ut circa renouados nihil doctrina ecclesiastica  
nihil in exorcismis impositio manuū/nihil ipsa lelunia qui  
bus vetus homo destruitur operentur: neq̄ in tanto myste  
rio salutis humanæ nulla ei<sup>9</sup> diei habeatur exceptio/quo ipa  
sum donum est conditum renascentibus. Ammonem<sup>9</sup> igi  
tur & nō sine periculo status eorum qui hæc faciunt prote  
stamus: ut ab hac presumptione cesseretur / & summā hāc po  
tentissimāq̄ dei gratiam nō nisi in paschali & penthecostes  
die desideratibus & credētibus cōferatis / manēte quolibet  
tempore grauium necessitatum ac periculorum considera  
tione secūdum quam oporteat subueniri/ne cōditione mor  
tali coarctata infirmitas necessaria liberatiōe fraudetur: cū  
seruata (sicut prælocuti sum<sup>9</sup>) duarum tātummodo festiū  
tatum reuerētia / propter multa pericula sit cauendum/ne  
cuiq̄ aut in desperata egritudine/ aut in hostilitatis īcursu:  
aut in timore naufragii / per sacerdotes domini regeneratio  
ne denegetur. Si quis vero post hoc interdictum in eadem fue  
rit usurpatiōe detectus: dignam pertinacie suæ īcidet vltio  
nem; quoniam ostendit se turpe potius lucrum q̄ religionis  
cultum esse sectatum. Illam etiam cōtra apostolicam regu  
lam presumptionem; quam nuper agnouī; a quibusdam illi  
cita usurpatione committi: modis omnibus constituo sub  
moueri. De penitētia videlicet qua a fidelibus postulatur:  
ne de singulorum genere libellis scripta professio publice re  
citetur: cum reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdo  
tibus indicare confessione secreta. Q̄uis enim plenitudo fi

Leonis papæ

dei videatur esse laudabilis quæ propter dei timorem apud homines erubescere non veretur: tamē quia non omnium huiusmodi sunt peccata ut ea poenitentiam poscunt non timeant publicare/remoueant improbabilis consuetudo: ne multa poenitentie remediis arceantur: dum aut erubescut aut metuant inimicis suis sua facta referare/quibus possunt legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio que primū deo offertur: tūc etiam sacerdoti qui pro delictis fecerint poterunt prouocari: si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

Epistola Beati Leonis papæ episcopis per Campam & Picentum vel Tusciam & per vniuersas provincias constitutis. Epistola. LVIII.

Incipiunt capitula.

CVt nullus episcopus seruum alterius ad officium clericat<sup>9</sup> promoueat.

CVt quicunq<sup>z</sup> ad sacerdotium vel viduarium mariti/vel habentes numerosa coniugia promoti fuerint ab ecclesiasticis officiis arceantur.

CCQ<sup>z</sup> usuras non solum clerici exigere non debeant sed nec laici.

CVt clericus nec suo nec alieno nomine foen<sup>9</sup> exerceat.

CVt si quis sacerdotum contra interdicta fecerit a suo submo<sup>v</sup> ueatu officio.

Explicita capitula.

Leo episcopus viribus romæ: vniuersis episcopis per campam & picenum vel tusciam: & per vniuersas provincias constitutis in domino salutem.

**V**T nobis gratulationem facit ecclesiastum status salubri dispositione compositus: Ita non levius mortore contristat quotiens aliqua contra statuta canonicum ecclesiastica disciplina presumpta vel commissa cognoscatur.

scimus; quę si non qua debemus vīgīlātīa resecemus; illi qui  
 nos speculatorēs esse voluit excusare nō possumus/permīte  
 res syncerum corpus ecclesię quod ab omni purum macula  
 custodire debemus ambientium improba contagīōe foeda-  
 ri: cum ipsa sibi membrorū per dissimulationem cōpago nō  
 congruat. Admittūtur paſſim ad ordinem sacram quibus  
 nulla natalium nulla morum dignitas suffragatur. Et qui a  
 dominis suis libertatem consequi mīnime potuerunt ad fa-  
 stigium sacerdotiū tanq̄ seruilitas honorē capiat prouehun-  
 tur; & probari deo se posse creditur qui domino suo necdum  
 probare se potuit. Duplex itaq̄ in hac parte reatus est quod  
 & sacram mysterium talis consortiū vīlitate polluitur; & do-  
 minorum quantum ad illicet vīsurpatiōnē remeritatē per-  
 tinet iura soluuntur. Ab his itaq̄ fratres charissimi omnes  
 vestre prouincię abstineant sacerdotes; & non tātum ab his  
 sed ab illis etiam qui ab originali aut alicui conditioni obli-  
 gati sunt volumus temperarī / nisi forte eorū petitio aut vo-  
 luntas accesserit; qui aliquid sibi in eis vendicat potestatis.  
 Debet enim esse immunis ab aliis qui diuinæ militiæ fuerit  
 aggregandus; ut a castris dominicis quibus nomen ei⁹ ascri-  
 bitur nullis necessitatīs vinculis abstrahatur. Capm. II.

**Q**uālis vero cum vñsculq̄ constiterit natalium ho-  
 nestas & morum esse debeat sacri altaris mysterio  
 sociandus & apostolo nos docente & diuina p̄ce-  
 ptione didicimus & canonum regulis; a quibus plerosq̄ fra-  
 trum declinasse & penitus deuiasse reperimus. Nam con-  
 stat ad sacerdotiū puenisse vīduas & maritos quosdā etiā qui  
 bus fuerit numerosa cōiugia / & omnē licentiā vīta liberior  
 ad sacrū ordinē passim patefactis obicibus fuisse permissoſ;  
 cōtra illam beati apostoli vocē qua talibus exclamat dicens.  
 Vnius vxoris vīti: cōtra illud antiquę legis p̄ceptum quo  
 dicitur & cauet. Sacerdos vīrginē vxore accipiat nō vīduā

nō repudiatam. Hos ergo quicunq; tales admissi sunt ab ecclasticis officiis: & a sacerdotali nomine: apostolicę sedis auctoritate iubemus arceri. Nec hoc enim sibi poterunt vē dicare: cuius capaces per hoc quod illis obſtiterat: non fuerunt. Huius diſcussionis curam nobis ſpecialiter vendicātes: vt ſi qua forſitan de hiſ cōmiffa ſūt: corrigātur: neliceat ultra committī: & ne excusatō de ignoratione naſcatur: gā ignorare nunq; līcuerit ſacerdotem quod canonum fuerit regulis definitum. Hęc ergo ad prouincias vestras per Inno centium Legitimum: & Segetium fratres & coepiscopos noſtros ſcripta direximus: vt quę male pullulaffe noſcunt: radicitus euellan̄: & meſsem dominicā zizanía nulla corrumpant. Ita eñ fructum vberem: quę ſunt syncera: praefab bunt: ſi ea quę natam ſegetem enecare confueuerūt: diligētius amputentur.

## Caput. III.

**N**E hoc quoq; p̄teretidum duxim⁹ quosdā luci turpis cupiditate captos: vſurariā exercere pecunia: & fœnore velle ditescere. Quod nos non dicā in eos qui ſunt in clericali offiicio constituti: ſed in laicos ca dere: qui Christianos ſe dīci cupiſſit: cōdolemus: qđ vindica tī acrius: in eos qui fuerint comprobati decernim⁹: vt oīſpec candi opportunitas adimatur

## Cap. IIII.

**B**LUd etiam duximus præmonendum: vt ſicut nō ſuo: ita nec alieno noīe aliquis clericorum exercē dum fœnus attenter. In decēs enim est crimē ſuū commodis alienis impēdere. Fœnus autem hoc ſolum aſpī cere & exercere debemus: vt quod hīc misericorditerribilis: a dño qui multipliciter & imperpetuum mēſura retrahet: recipere valeamus.

## Ca. V.

**F**OC itaq; ammonitio noſtra denuntiat: q; ſi quę fratrum contra haec conſtituta venerit: vel veritate tentauerit: & prohibita fuerit ausus admittat:

re: a suo se nouerit officio submouendum: ne communio-  
nis nostræ futurum esse consortem qui socius esse noluït di-  
sciplinæ. Ne quid vero sit quod prætermissum a nobis forte  
credatur: omnia decretalia cõstituta tam beatæ recordatio-  
nis Innocentii q̄ omnium successorū nostrorū qui de ecclesia  
sticis ordinatiōibus canonum ordinata sunt disciplinis: ita  
Vefram dilectionem custodire debere mādamus / vt si quis  
illa cōtempserit/ veniam sibi deinceps nouerit denegari. Da-  
ta sexto idus octobris Maximo vero & Paterio viris clarissi-  
mis consulibus.

Leo Nicete episcopo aquileiensi. Epistola. LIX.

**R**egressus ad nos filius meus adeo dat⁹ diaconus se-  
dis nostræ/dilectionē tuam poposcisse memorauit  
vt de his a nobis auctoritatē apostolicę sedis ac-  
ciperet/quaे quidem magnā difficultatem diiudicationis  
videntur afferre: sed pro inspectione temporalium necessi-  
tatum adhibēda curatio est: vt vulhera quę hostilitatis ad-  
uersitate illata sunt religionis maxime ratiōe sanent. Cum  
ergo per bellicam cladem & per grauiſſimos hostilitatis in-  
cursus/ita quędam dicatis diuīsa esse coniugia vt abductis  
in captiuitatem viris fœminę eorū remāserit destitutę/ quę  
viros proprios aut interemptos putarint aut nunq̄ a domi-  
natione crediderint liberandos: & ad alioꝝ coniugium soli  
tudine cogente transferint/cūq; nunc statu reruni auxilian-  
te domino in meliora conuerso non nulli eorum qui putabā-  
tur perisse remeauerit: merito charitas tua videntur ambige-  
re quid de mulieribus quę alii iunctę sunt viris a nobis de-  
beat ordinari. Sed quia nouimus scriptum q̄ a deo itūgitur  
mulier viro: & iterum præceptum agnouim⁹ vt quod deus  
funxit homo non separat: necesse est vt legitimarum fœde-  
ra nuptiarū redintegranda credamus/ & remotis malis quę  
hostilitas intulit vnicuiq; hoc quod legitime habuit refor-  
metur. Omniq; studio procurandum est vt recipiat vnuſ-

Leonis papæ.

quisq; quod proprium est. Nec tamē culpabilis iudicetur & tanq; alieni iuris peruersor/qui personam eius mariti qui iam non esse estimabatur assumpsit. Sic enim multa quæ ad eos qui in captiuitatem ducti sunt pertinebant in ius alieni transire potuerunt: & tamē plenum iustitiæ est ut hisdem reuersis propria reformatur. Quod si in mancipiis vel in agris aut etiam in domibus ac possessionibus rite seruatur/quātum gis in coniugiorum redintegratiōe faciendum est: ut quod bellica necessitate turbatum est pacis remedio reformatur. Et ideo si qui post longam captiuitatē reuersi ita in dilectionem suarum cōiugum perseverant ut eas cupiat in suis redire consortiū: omittendū est & inculpabile iudicandum quod necessitas intulit: & restituēdū quod fides poscit. Si autem aliquę mulieres ita posteriorū virorū amore sunt capte ut malint his coherere q; in legítimū redire consortium merito sunt notandæ/ita ut etiam ecclesiastica cōmunione priuentur: quia inexcusabiliter contaminationem criminis elegerunt: ostendentes sibi met pro sua incōtinētia placuisse quod iusta remissio potuit expiare. Redeāt ergo in suum statum voluntaria redintegratiōe cōiugia: neq; villo modo ad opprobrium male voluntatis trahatur quod cōditione cœssitatis extorsit. quia sicut hec mulieres quæ reuertī a viros suos nolunt impie habendæ sunt: ita illæ quæ in affectum initium ex deoredeunt merito sunt laudādē iudicio: De his autē christianis qui inter eos a quibus fuerant captiuiati immolati ciis cibis asseruntur esse polluti / cōsultationi charitatis tuę hoc etiam respōdendū esse credim⁹ / ut poenitētiae satisfactione purgentur. Quæ non tam temporis longitudo neq; cordis compunctione pensanda est: & siue hoc terror extorserit/siue fames suaserit/non dubitetur abolēdū: cum huicmodi cibus pro metu aut indigentia non pro religiosis veneratiōe sit sumptus. His vero de quibus dilectio tua similiter nos credidit cōsulendos qui ad iterandum baptis-

num vel metu coacti sunt vel errore traducti / & nūc se contra catholice fidei sacramentum egisse cognoscunt: ea custodienda est ratio / qua in societatem nostram non nisi per poe-  
 nitentię remedium: & per impositionem episcopalis manus  
 communionis recipiat unitatem: tempora penititudinis habita moderatione tuo constitente iudicio prout conuerso  
 rum animos perspiceris esse deuotos/pariter etiam habens  
 senilis etatis intuitum: & periculorum quorūq; aut egitū-  
 dinis respiciens necessitates: in quib⁹ si quis ita grauiter vr-  
 geatur vt dum adhuc penitet de salute ipsius desperetur/  
 oportet ei per sacerdotalem sollicitudinē communiois gra-  
 tia subueniri. Nam hui qui baptismum ab hereticis accepe-  
 runt cum baptisati antea non fuissent / sola invocatione sp̄i  
 titus sancti per impositionem manuum confirmandi sunt:  
 quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute  
 sumpserē. Et hanc regulam vt sciatis seruandam omnibus  
 ecclesiis prēdicamus: vt lauacrum semel initum nulla itera-  
 tione violetur, dicente apostolo: vñus dominus: vna fides  
 vnum baptisma: cuius ablutio nulla iteratione temptanda  
 est: sed (vt dixim⁹) sola sanctificatio sancti spirit⁹ inuocan-  
 da est: vt quod ab hereticis nemo accipit a catholicis sacer-  
 dotibus consequatur. Hanc autem epistolam nostram quā  
 ad cōsultationem tuę fraternitatis emisimus: ad omnes fra-  
 tres comprouinciales episcopos facies peruenire: vt omniū  
 obseruantię data prospicit auctoritas.

**Epistola Leonis papę ad Julianum episcopum**  
**Aquileiensem. Epistola. LX.**  
**Leo episcopus Iuliano episcopo Aquileiensi.**


 Ecclis fraternitatis tuę litteris vigorē fidei tuęque  
 olim noueramus agnouimus / congratulantes q  
 ad custodiā gregum christi pastoralē curā vigi-

lāter exequeris: ne lupi qui sub specie ouisū subitrare bestias  
li sequitia simplices q̄sq̄ dilacerāt: & nō solū ipsi nulla corre  
ctione pficiāt: sed etiā ea q̄ sunt sana corrūpāt. Quod ne vi  
perea possit obtinere fallacia: dilectionē tuā duxim⁹ cōmo<sup>e</sup>  
nēdam: insinuantes ad aīæ periculum pertinere: si quisq̄ de  
his qui a nobis in hæretorum sectā delapsus: & se vtcung  
hæreticæ cōionis contagione macularit: resipiscēs in come  
munione catholica sine pmotione legitimæ satiſfactione  
habeat. Saluberrim⁹ eīm & sp̄itali medicinē vtilitate ple  
nissim⁹ est: vt siue p̄sbyteri: siue diaconi: aut cuiuslibet or  
dinis clerici: qui se correctos videri volūt: atq; ad catholica  
fidem: quā iampridem amiserant: rursum reuerti: ambione  
pri⁹ errores suos: & ipsos auctores errorum dānarā le fine  
ambiguitate fateant: vt sensib⁹ prauis etiā peremptis null  
la sperandi supersit occasio: ne vllsī membrū talū possit so  
cietate violari: cū per oīa illis p̄fessio ppria cōperit obui  
re. Circa quos etiā illā canonū cōstitutionem p̄cipimus cu  
stodirī: vt in magno habeāt beneficio: si adepta sibi oīm spe  
pmotioīs: in quo īnueniūt ordīne stabilitate p̄petua manē  
ant: si tamē īterata tinctioне nō fuerint maculati. Nō leu  
apud deum noxā īcurrīt: qui de talib⁹ ad sacros pmouen  
dos ordīnes iudicarīt. Quod si cum grandi examinatione  
pmotio cōceditur īnculpatis: multo magis non debet lice  
re suspectis. Proinde dilectio tua cuius deuotioē gaudem⁹  
īungat curā suam dispositionib⁹ nostris: & det operam: v  
circūspecte atq; velociter īpleant quē ad tot⁹ īcolumis  
tem & laudabiliter suggesta sunt: & salubriter ordīata. Nō  
autem debiliter dilectio tua nos: si quod non arbitram⁹  
neglecta fuerint: quē pro custodia canonum: & pro fidei in  
tegritate decernimus: vehemētius commouēdos: quia in  
feriorum ordinū culpæ ad nullos magis īferēdē sunt: q̄ ad  
desides: negligētes p̄ rectores: qui multam s̄a pe nutritiā  
ſilentia dum necessariā dissimulāt adhibere medicinā. Da

Epistolæ.

Fo. LXXXI.

ta pridie Calendas iulii Alipio & ardabure cōsulibus.

Item Epistola eiusdem ad dorum

Beneuentanum episcopū.

Epi. LXI.

Dilectissimo fratri doro: Leo episcopus:

**I**Udiciū qđ de te sperabamus dolem⁹ eē frust ratū  
qñ ea te cōmisſe p̄spicim⁹ quę omnē eccl̄ia ſiaſtiꝝ  
cæ ſanctionis regulā culpabilī nouitatem foedarēt;  
cū pleniffime noueris quanta ſollicitudine p̄ oēs dñi eccl̄ie  
ſias paternorū velim⁹ canonū p̄cepta ſeruare; & hāc ma-  
xime curā ad ſacerdotes vniuersarū plabiū ptinere: vt ſa-  
cra ſtātū cōſtitutionū regulē nullis corrūpanꝝ excessib⁹. Vn-  
de miramur te quę auctoritatū apostolica: ſedis obſeruan-  
tissimū eſſe cōuenerat: tāne negligēter ac potius iſolenter  
egiſſe: vt traditari tibi legum non custos ſed transgressor  
exiſteres. Libello etenim Pauli p̄ſbyteri tui qui in ſubditis  
habetur cognouimus apud te nouo ambitu ſeſdoꝝ collu-  
ui oī p̄ſbyterii ordinem fuſſe turbatiū: ita vt vnius festina&  
& imatura pueſtio quædā eoꝝ detectio facta ſit qđ aetas cō-  
mēdabat & nulla culpa minuebat. Qđ ſi ambientis inten-  
tio aut iperita fauentiū ſtudia id qđ nunq̄ habuit conſue-  
tudo poſcebat vt incipiens emeritis: & nouell⁹ p̄ferret an-  
tiquis: tuae fuerat induſtriae atq̄ doctriṇe vt iniuste peten-  
tium deſideria rationabili auctoritate cohiberet: ne quem  
in ſacerdotali propere prouehebas honore ad iniuriā eoꝝ  
tum quibus ſociabatur inciperet. Miror qui ſi fieret dū in  
illo non humilitatis virtus ſed fortioris viciū roborare  
tur. Neq; enim ignorabas dixiſſe domiuum qđ qui ſe humili-  
iat exaltabitur: qui vero ſe exaltat humiliabitur. Eūdem  
qđ dixiſſe vos aut q̄ritis de puſillo crescere & de honore ma-  
iores eē: Vtrūq; n. inordinatū: vtrūq; p̄poſterū ē: & oīſ la-  
borum fructus aufertur: oīſ meritorū mensura vacuatur:

L

Leonis papæ

si tantum quis has sequitur dignitates quantu[m] adulatio[n]is obtinuit. vt cupiditas eminendi non folium superbicie[m] tenuiat sed etiam cōuenientē. Si vero (vt assentit) primus secūdiq[ue] p[ro]sbyteri circa epicarpiū sibi met p[ro]ponendū: rā huic assentatio fuit vt illū cū sui dedecore posceret honorari. Nec hoc qdē illis p[ro]prio se iudicio deiicientibus tribui debuit qd volebat cui tā miser[ia] voluntati te dignius fuerat obuiare qdcedere. Deformis aut & ignaua subiectio beneficiorū cōsciis & nō irritā faciētibus gratiam dei p[ro]iudicare nō potuit vt primatus suos quoctūq[ue] cōmercio in alterutrum transserentes subsequentiū suoq[ue] minuerent dignitatē: & qd yltimū sibi anteposuerat ceteri p[ro]emineret. Prēdicti ig[ue] tur p[ro]sbyteri qdindignos se honoris sui ordine sūt p[ro]fessi. I[ust]ice t priuari etiā sacerdotio mererent: tñ vt eis pro apostolico sedis pietate parcat: yltimi inter o[mn]es ecclesię p[ro]sbyteros habeant. Et vt iudicii sui sententiā ferat: inferiores etiā illo erūt quē p[ro]pria sententiā sibi met p[ro]tulere ceteris oib[us] p[ro]sbyteris in eo ordine p[ro]minentibus quē vnicuiq[ue] ordinationis suetēpus ascripsit: nec quisq[ue] p[ro]pter p[re]dictos duos iminutē dignitatis patiat iniuriā: sed in eoru[m] statu tātūmodo hoc recurrat opprobriū qd nouello & imature ordinato inferiores fieri elegere: vt illā euāgelicā sententiā ad se sentiat p[ro]movere qua dicit quo iudicio iudicauerit: iudicabit de vobis: & qua mēsura mensi fueritis eadē remetiet vobis. Paulus vero p[ro]sbyter ordinē suū de quo laudabilis firmitate non cessat obtineat. Nec ylteri⁹ aliq[ue] i cuiusq[ue] p[ro]sumatur iniuriā ita v[er]a dilectio tua quā nō imerito tota facti huīus pulsat intuīda hoc saltē remedio curare se p[ro]pperet: vt sine dissimulatione h[ab]et qd decernimus tradan[do] effectu: ne si iterato ad nos implo[r]atio iusta cōfugerit: neceſſe sit seuerius cōmoueri cu[m] his qd male sūt facta correctis malimus redintegrare dicit plinā qd augere v[er]idictā: Executionē vero p[ro]ceptionū nostra g[ra]u fratri & coepiscopo nostro Iulio commissis nos nouis

is Vt oia illi quē admodū cōstituimus roborenſ. Data idus  
martii Postumiano viro clarissimo cōſule.

Leovniuersis ep̄is p ſiciliā cōſtitutis. Epistola. LXII.

**E**luinis pceptis & apostolicis monitis icitamur ut  
poim ecclesiarꝝ statu impigro vigilemus affectu:  
aut ſiquid vſq̄ reprehensioni inueniam obnoxium  
celeri ſollicitudine aut ab ignorantie imperitia; aut a pſu-  
ptionis usurpatione reuocemus. Monente enim dominicę  
vocis imperio quo beatissimus apostolus Petrus trina re-  
petitione mysticę ſanctionis imbuitur: vt christi oues qui  
christum diligit pafcat; ipſius ſedis cui p abundantiam di-  
uine gratię pſumus reverentia cohortamur ut periculū de-  
ſidię q̄tum poſſum⁹ declinemus; ne pfeſſio ſummi apoſto-  
li qui ſe amatorē domini eſſe teſtatus eſt nō inueniatur in  
nobis. Quia negligens toties cōmēdatū gregē cōuincitur  
ſuſi nō amare paſtorē. Cū ergo mihi de charitatis vię acti-  
bus fraterna actione ſollicito certis iudiciis inotuerit: vos  
in eo qd inter sacramenta ecclesiæ p rincipale eſt; ab apoſto-  
licæ institutionis consuetudine diſcrepare: ita ut baptiſ-  
ma ſacramētuſ numerof⁹ in die epiphanię q̄ paſchali tēpo  
re celebretis; miror vos vel præceſſores veftos tam irra-  
onabilem nouitatem uſurpare potuiffe ut confuso tempo-  
ris utriusq; mysterio nullam eſſe differentiam crederetis i-  
ter diem quo adoratus eſt christus a magis & diem quo re-  
ſurrexit a mortuis. Quā culpā nullo modo potuiffetis in-  
cidere ſi vnde conſecratione honoris accipititis: inde legem  
totius obſeruatię ſumeretis: & beatī petri apli ſedes q̄ vo-  
bis ſacerdotalis mater ē dignitatis; eēt eccliaſtice magis-  
tra rōnis. A cuius vos reguliſ recessiſſe min⁹ poſſet equa-  
nimiter tolerari: ſi aliqua cōmonitionis noſtræ pagina p-  
eſſiſſet. Nunc autem ga nō desperatur correctio: mansue-

Leonis papæ.

tudo seruanda est. Et licet vix ferenda sit sacerdotalis excusatio quæ prætendat inscientiam: maluimus tamen & censuram necessariam temperare: & ratione vos apertissime veritatis instruere. Semper quidem in æterno consilio dei mansit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio: sed ordo rerum per Iesum Christum dominum nostrum temporaliter gerendarum incarnatione verbis sumpsit exordium. Vnde aliud tempus est quo annuntiante angelo beata Maria fœcundandam se per spiritum sanctum credidit & cōcepit: aliud quo salua integritate virginis puer editus: exultante gaudio cælestium ministrorum pastoribus indicatur: aliud p. infans circuncidit: aliud qđ hostia pro eo regularis offertur: aliud quo tres magi claretate noui syderis incitati in Bethleem ab oriente perueniunt: & adoratum parvulum mystica munera oblatione venerantur. Nec idem sunt dies quibus impio Herodii ordinata diuinatus in Aegyptum translatione subtraevit: vel quibus ab Aegypto in Galileam persecutore mortuo reuocatus est. Inter has autem dispensationum varietates accedunt augmenta corporea: crescit dominus (sicut euangelista testat) profectibus aetatis & gratia. Per dies pascha in templum cum parentibus venit: & cum ab esset societate redeuntium sedens cum senioribus & inter ammirantes magistros inuenitur: rationemq; remansio- nis sua reddens quid est inquit qđ me querebatis! Nesciebatis qđ in his quæ patris mei sunt oportet me esse! Significans eius se esse filium cuius esset & templum. Iam vero cui in annis maioribus apertius declarandus baptismū precursoris sui Ioannis expetiit quid deitatis ei⁹ remansit ambiuum qñ spiritus sanct⁹ in colube specie sup eū descēdit: & mansit auditā de cælis patris voce dicentis: tu es filius meus dilectus in te bene complacui! Quæ oīa ideo quanta potuimus breuitate prestrinxim⁹: vt notū sit dilectioni vite

Vniuersos dies christi innumeris consecratos fuisse virtuti  
bus & in cunctis ei<sup>9</sup> actionibus sacramentorum mysteria cho-  
tuscasse: sed aliter signis denunciarunt: aliter reb<sup>9</sup> implerunt: nec  
quæcumque numerantur in operibus saluatoris: ad temp<sup>9</sup> pti-  
nere baptismatis. Nam si etiam illa quæ post beatu loani  
lauacrum ab eo gesta cognouimus: sub indiscreto honore  
colamus: omnia tempora continuatis erunt deputada fe-  
stis: quia omnia sunt plena miraculis. Verum quia spiritus<sup>9</sup>  
sapientiae & intellectus ita apostolos & totius ecclesiae eru-  
diuit magistros: ut in christiana obseruatio nihil inordina-  
tum: nihil patere esse confusum: discernendè erat cause solen-  
tatuum: & in oibus constitutis patrum principumque nostrarum ro-  
nabilis seruanda discretio. Quia non aliter vno<sup>9</sup> grec & vno<sup>9</sup>  
pastor sumus nisi quemadmodum apostolus docet id ipsum di-  
camus oes. Simus autem prefecti in eodem sensu & in eadem scientia.  
Quis ergo & illa quæ ad humilitatem & quæ ad gloriam perti-  
nent christi in vna percurrat eandemque personam: totumque  
quicquid in illo & virtutis diuinæ est & infirmitatis huma-  
næ ad nostræ reparationis tendat effectum: proprie tamē in  
morte crucifixi: & in resurrectione mortui potentia baptis-  
matis nouam creaturam condit ex veteri: ut in renascenti-  
bus & mors christi operetur & vita dicente beato aposto-  
lo paulo An ignoratis quia quicunque baptisati sumus in christo  
Iesu: in morte ipsius baptisati sumus? Consepulti enim su-  
mus cum illo per baptismum in mortem ut quomodo surrexit  
christus a mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouita-  
te vita ambulemus. Si enim complantati facti sumus simili-  
litudini mortis eius: simul & resurrectionis erimus. Et ca-  
tera quæ latius magister gentium ad commendandum sacra-  
mentum baptismatis deputauit: ut appareret ex huic do-  
ctrinae spiritu regenerandis filiis hominum & in dei filiis ad  
optandis illum diem esse: illud tempus electum: in quo per simili-  
litudinem mysterii ea queruntur membris quæ in ipso capite

Sunt gesta cōgruere: dū baptismati regula mors interuenit interfectioni peccati: & sepulturā trīduanā imitā tribuna diuersio: & ab aquis leuatio insurgentis ad instar est de sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas docet celebrandę generaliter gratiæ eum esse legitimū diem: in quo orta & virtus munéris: & species actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimum valet qđ ipse dominus Iesu christi posteaq; resurrexit a mortuis discipulis suis in quibus omnes ecclesiārum præsules docebantur: & formam & porcatalem tradidit baptizandi dicens. Euntes ergo nunc certe omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. De quo utiq; eos etiam ante passionem potuisset instruere: nisi proprię voluisse intelligi regeneracionis gratiam ex sua resurrectiōe coepisse. Additur sane huic obseruantia etiam Penthecostes ex aduentu spiritus sancti consecrata solennitas: quæ de paschalis festi p̄det articulo: & cum ad alios dies alia festa ptineant: harc semper ad eundem qui resurrectione domini est insignis occurrit. porr̄igēs quodāmodo auxiliantis gratiæ manū: vt huius quos a die paschæ aut molestia infirmitatis: aut longinuitas itineris: aut nauigationis difficultas interclusit inuitos: at quibus liber necessitatibus impeditos: desiderii sui effectū dono spiritus sancti consequantur. Ipse enim vniigenit⁹ dei in fide credentium & in virtute operū nullam inter se & spiritum sanctum voluit esse distantiam: quia nulla est diversitas in natura dicens: ego rogabo patrem & alium paraclitum dab̄t vobis vt vobiscum sit in eternum spiritum veritatis. Et iterum. Paraclitus autem spiritus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia: & suggeret vniuersa quęcumq; dixi vobis. Et iterum. Cum venierit ille spiritus veritatis: ille diriget vos in omnem veritatem. Cum itaq; veritas christus est: & spiritus veritatis spiritus sanctus: nomenq; paracliti vtriq; proprium: non dis-

simile est festum ubi unum est sacramentum. Hoc autem  
nos non ex nostra persuasione defendere: sed ex apostolica  
auctoritate seruare: satis idoneo probamus ex exemplo: sequen-  
tes beatum apostolum Petrum qui in eo die quo omnem cre-  
dientium numerum promissus spiritu sancti repleuit ad-  
uentum trium milium populum sua prædicatione conuersum:  
lauacro baptismatis consecravit: quod sancta scriptura quod apo-  
stolorum actus continet fideli historia docet dices. His au-  
dit cõpuncti sunt corde & dixerunt ad petrum & ad reliquos apo-  
stolos: quid faciem viri fratres? Petri vero ait ad illos: pœ-  
nitentia inquit agite & baptisetur unusquisque in nomine Iesu Christi  
in remedium peccatorum & accipietis donum spiritus sancti:  
et: vobis enim reprobatio est & filii vestris: & omnibus quod  
longe sunt quoscumque aduocauerit dominus deus noster: Aliis  
etiam verbis testificatus exhortabatur eos dicens. Salua-  
mini a generatione ista prava. Qui ergo receperunt sacra-  
monem eius baptisati sunt: & appositum sunt in illa die ani-  
mæ circiter tria millia. Vnde quia manifestissimæ patet  
baptizandis in ecclesiæ electis haec duo tempora (de quibus  
locutus sumus) esse legitima: dilectionem vestram mone-  
mus: ut nullos alios dies huic obseruantiae misceatis.  
Quia etiæ sunt alia quoque festa quibus multa in honorem  
dei reverentia debeatur: principalis tamen & maximus fa-  
cramenti custodienda nobis est mysticæ rationis exceptio:  
no interdicta licetia quæ in baptismis tribuendo quolibet tem-  
pore picitantibus subuenitur. Ita enim ad has duas festi-  
uitates connexas sibi metu atque cognatas in columnum & in  
pacis securitate degenti libera vora differimus: ut in mortis  
piculo: in obsidionis discrimine: in persecutionis angustiis: in  
timore naufragii: nullo tempore hoc verè salutis remediu cuique  
denegemus. Sicut autem epiphanius festiuitatem quæ in suo ordine  
debito honore veneranda est ob hoc estimat priuilegiū hære-  
baptismatis: quod hoc quidam dicunt quod in eadem die ad ba-

Leonis papæ.

ptissimum dominus sancti Ioannis accesserit: sciat illius ha-  
ptismi alia gram: alia fuisse ratione: nec ad eadē pertinuit:  
se virtutē: q̄ per spiritū sanctū renascūt: de quibus dicit. gnō  
ex sanguine: neq; ex voluptate carnis: neq; ex voluptate vi-  
ri. sed ex deo natī sunt. Dñs em̄ nullius idigens remissione  
peccati: nec quārens remedium renascendi: sic voluit ba-  
ptizari: sicut voluit circuncidi: hostiamq; pro se mūdatio-  
nis offerri: vt q̄ factus erat ex muliere (sicut apostolus ait)  
fieret & sub lege quam non venerat soluere: sed adimplere  
& implendo finire: sicut beatus apostolus prēdicat dices.  
Finis autem legis christus ad iustitiam omni credenti. Ba-  
ptismi autem suī in se condidit sacramentum: quia in omni  
bus primatum tenens se docuit esse principium. Et tunc  
regenerationis potentiam sanxit qn̄ de latere ipsius fluxe-  
runt sanguis redēptionis & aqua baptismatis. Sicut ergo  
vetus testamētum testificatio fuit noui: & lex per Moyen  
data est: gratia aut & veritas per Iesum christū facta est: si-  
diuersa sacrificia vnam hostiam präformare & multorum  
agnorum occisio illius imolatione finita est: de quo dicit  
Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mūdi. Sic & Ioānes  
non christus sed xp̄i praeuius: non sponsus sed sponsamus-  
cus: fuit adeo fidelis & non sua querens sed quae Iesu chris-  
ti: vt se profiteret ad soluenda calciamēta pedū eius indi-  
gnū: quoniam ipse quidem baptizaret in aqua in pente-  
tentiam: ille baptizatur⁹ esset in spiritu sancto & igni: qui  
duplīci potestate & vitam redderet & peccata consumē-  
ret. His itaq; fratres tot tantisq; existentibus documentis  
quibus omni ambiguitate submota euidenter agnoscitis.  
In baptizandis electis qui secundum apostolicam regulam & ex  
orcisimis scrutandi: & ieuniis sanctificandi: & frequētib⁹  
sunt prædicationibus imbūendi: duo tantum tempora id  
est Pascha & Penthecosten esse seruāda. Hoc vestræ indi-  
cim⁹ charitati: vt apostolicis institutis nullo vteri⁹ rece-

datis excessu. Quia multum post hęc esse non poterit; si quisq; apostolicas regulas in aliquo crediderit negligēdas. Quare illud primitus pro custodia concordissimę vnitatis exigimus: vt quia saluberrime a sanctis patribus constitutum est binos in annis episcoporum debere esse conuentus: tertiū semper ex vobis ad diem tertium calēdarum octobrium romanum fraternali conciliō sociandi occurant: & indissimulanter a vobis hęc consuetudo seruetur. Quoniam adiuuāte gratia dei facilius poterit prouideri vt in ecclesiis christi nulla scādala: nulli nascātur errores: cum comitatum beatissimo apostolo Petro semper in colonet tractatum fuerit vt omnia instituta canonūq; decreta apud oēs dominini sacerdotes inuiolata permaneant. Hęc autem quae vobis inspirāte dño insinuanda credidimus: per fratres & coepiscopos nostros Bachillū atq; Paschafū ad vestrā voluntatis notitiā peruenire. Quib⁹ referentibus agnoscam⁹ q̄ reuerenter a vobis applicatæ sedis instituta seruentur,

Item ep̄la Beati Leonis papæ  
ad oēs episcopos in Italiam.

## Epistola,LXIII.

Leovniuersis episcopis per Italāe prouincias constitu

tis in domino salutem.



N consortium vos nostræ sollicitudinēs dilectissimi fratres aduocamus: vt vigilantia pastorali nem̄ quid diabolicae licere possit astutiae cōmissis: vobis gregibus diligētius cōsulatis: ne his qui domini misericordia reuelante per nostram curā a nostris ouibus moribus abūcitur: necdum vobis prēmonitis & adhuc qđ agat ignoris: p̄ vestras se dispergat ecclesias: & suarum furtim cuniculos iueneriat latebrarū vt quod a nobis in vrbe extinxitur: tenebrosis apud vos radicibus seminetur. Plurimos impietatis manicheę sequaces doctores in vrbe inueniuntur: vigilantia diuulgauit: auctoritas

Leonis papæ.

& cœnsura coercuit: quos potuimus emendare corremus & ut  
damnarent Manicheum cum prædicationibus & discipu-  
lis suis: publica in ecclesia cōfessione & manus sua subscrī-  
ptione compulimus: & ita de voragine ipietatis suæ cōfes-  
sos pœnitentiam concedendo leuauimus. Aliquanti vero  
q̄ita se dimerserant: vt nullum his auxiliantis posset auxi-  
lium subuenire subditū legib⁹ secundū christianorū p̄tin-  
cipium constituta: ne sanctum gregem sua contagione pol-  
luerent per publicos iudices perpetuo sunt exilio relegati.  
Et omnia quæ tam in scripturis q̄ in occultis traditionib⁹  
suis habent prophana vel turpia: vt nosset populus gd re-  
fugeret aut vitaret: oculis christianę plābis certa manife-  
statione probauimus / adeo vt ipse q̄ eorum dicebatur ep̄us  
a nobis tentus proderet flagitiosa in suis mysteriis quæ res-  
neret: sicut gestorū vos series potest edocere: ad instruc-  
tiōē em̄ vestrā etiam ista dirēximus: quibus lectis oīa quæ a  
nobis depræhensa sunt nosse poteritis. & quia aliquantos  
de his quos ne absoluueretur arctior reat⁹ iuoluerat: cognoscim⁹  
aufugisse: hāc ad dilectionē vestrā ep̄lam misim⁹ per  
accolitū nostrū: vt effecta certior sanctitas vestra solliciti⁹  
agere dignetur & cautius: nec vbi manicheę peruerteratis  
homines plēbes vestras facultatē ledendi & huius sacrifici-  
ū possint iuēnire doctores. Aliter em̄ nobis cōmissos regre-  
re non possumus: nisi hos q̄ sunt perditi & perditi zelo  
fidei dominicæ persequamur: & a sanis mentibus ne peccati  
edaci⁹ diuulgef seueritate quia possum⁹ abscidam⁹. Vb̄  
hortor dilectionē vestrā: obtestor & moneo: vt qua debetis  
& potestis sollicitudine vigiletis ad īvestigādos eosme  
vbi occultandi se reperiāt facultatē. Vt em̄ habebit adeo  
ingens remunerationis præmīū qui diligentius qđ ad salu-  
tē cōmissę sibi plābis proficiat fuerit execut⁹: ita ante tri-  
bunal dñi de reatu negligentia se non poterit excusare qđ  
cūq̄ plābē suam contra sacrilegę p̄suasiōis auctores nolue-

tit custodire. Data tertio calendas Februarii. Theodosio  
XVIII. & Aluino viris clarissimis consulibus.

Leo Neoniae episcopo Rauenati de his qui  
redeuntes de captiuitate incertum habent  
vtrum ante captiuitatem baptismus conse-  
cuti sunt. Epistola LXIII.

**E**Requenter quidem in diversatum ambiguo que-  
stionum titubatia fratrum corda spiritu dei insti-  
tuente: solidauimus: responsionis formam vel ex  
sanctorum scripturarum disciplinis: vel ex patrum regulis  
colligentes. Sed nuper in synodo nouum & inauditum  
antea genus cōsultatiōis exortū est. Nam quorūdā fratrū  
suggestione comperimus aliquos captiuorū ad sedes suas  
libertatemq; redeuntes: qui scilicet in captiuitatē illa etia-  
re peruererint quae nullius rei firmam potuerit habere no-  
ticiam: remedium quidē implorare baptismatis. Sed vtrū  
eiusdē mysterii ante sacramēta p̄ceperit: infantia īsciētia  
nō posse remīnisci: & ideo sub hoc latentis recordatiōis in-  
certo aias suas in discrimē adduci dū sub specie cautionis  
negat his gfa: quae ideo nō impēditur: quia putatur ipensa  
Cum itaq; tribuere talibus dominicī sacramenta mysteriū  
nō īmerito quorundam fratrū formido dubitaret in syno-  
dali (vt dixim⁹) cōetu: formā huiuscemōi cōsultatiōis ac  
cepim⁹. Quā diligēti⁹ discuti: & p̄yniſcuiusq; sensu sol-  
licita voluim⁹ rōne tractari: q; ad veritatē adhibita cogi-  
tatione multorū certi⁹ peruenire possem⁹. Eadē ergo que-  
sitionis sensum nrm diuina īspiratione venere: frequens etiam  
fratrū firmauit assensio. Imprimis itaq; prouidere debem⁹  
ne dum speciem quandā cautionis tenemus: dānū regene-  
randarū īcidam⁹ aīarum. Quis enī ita sit suspicationib⁹  
suis deditus vt verū esse definit qd omni manifestatione  
cessante ex opinione ambigua suspicatur? Cum itaq; ba-

Leonis papæ

ptizatum se nec ille recordetur qui regenerationis est cupi-  
dus nec alter attestari de eo possit qui nesciat: cōsecratum  
nihil est in quo peccatum possit obrepere: cum in hac para-  
te conscientiae suæ nec ille reus sit qui consecratur: nec ille  
qui consecrat. Scimus quidem inexpiable esse facinus quo-  
tiens iuxta hæreticorum damnata a sanctis patribus insi-  
tuta cogitur alius lauacrum quod regenerandis semel tribu-  
tum est: bis subire apostolica reclamante doctrina: que no-  
bis vñā p̄dicat in trinitate deitatem: vñā in fide confessionē:  
vnum in baptismate sacramentum: Sed in hoc nihil simili-  
tute formidatur: quoniam non potest in iterationis crinē de-  
uenire: quod factū esse omnino nescitur. Atq̄ ideo quoties pa-  
sona talis inciderit sollicita primum examinatione discus-  
tite: & lōgo tempore: nisi forte suprem⁹ finis imineat inda-  
gate utrum nemo sit penitus qui testimonio suo iurare pos-  
sit ignorantiam nescientis. Et cum constiterit hunc genitum  
sacramentis indiget sacramento: sola inaniter suspitione phile-  
beri: accedat intrepidus ad consequendam gratiam: cuius  
in se nullum scit esse vestigium. Nec vereamur huic salutis  
fanuam aperire: quam nunquid doceat ingressus. Qz si ab hereti-  
cis baptizatum quempiam fuisse constituerit: erga huc nul-  
latenus sacramentum regenerationis iteretur: sed hoc rati-  
tum quod ibi defuit conferatur: vt per episcopalem manus in-  
positionem virtutem sancti spiritus consequatur. Quācū  
frater charissime ideo generaliter ad omnium vestrum volu-  
mus puenire notitiam: ne dum plus iusto metuitur miseri-  
cordia dei saluari cupientibus denegetur. Data nono Cal-  
lendas nouembris: consulatu Martiani augusti.

Epistola beati Leonis papæ ad Aphricanos epos.  
Epistola LXV.

Leo vniuersis episcopis per Aphricā constitutis in  
domino salutem.

Vm in ordinationibus sacerdoti quædā apud  
vos illicite usurpata crebrior fama narraret ratio  
pietatis exegit: vt pro sollicitudine quam yniuer  
sæ ecclesiæ ex diuina institutione dependimus rerū fidem  
studieremus agnoscerē: vicem curę nostrę proficisci t̄ a no  
bis fratris & consacerdoti nostro Potentio iniungētes: qui  
secundum scripta quę per ipsum ad vos dixerimus de epi  
scopis quorum culpabilis ferebatur electio: quid veritas  
haberet inquireret nobisq; omnia fideliter indicaret. Vn  
de quia idem plenissimæ notitiæ nostræ cuncta reseravuit:  
& sub quibus qualibusq; rectoribus quædam Christi plæ  
bes in partibus prouinciæ cæsariensis habeatur: syncara  
nobis relatiōe patefecit: necessarium fuit vt dolorem cor  
dis nostri quo pro dominicorum gregum periculis estua  
mus datis ad vos litteris promeremus. Mirantes tantum  
apud vos per occasionem temporis impacati aut ambien  
tium presumptiōem: aut tumultum valuisse popularem:  
vt indignis quibusq; & longe extra sacerdotale meritum  
constitutis: pastorale fastigium & gubernatio ecclesiæ cre  
deretur. Nō est hoc cōsulere populis: sed nocere: nec pra  
se regimē sed augere discriminē. Integritas em̄ p̄iden  
tium salus est subditorū: & vbi est incolumentas obediētiæ  
ibi sana est forma doctrinæ. Principat⁹ aut̄ quē aut̄ sedirio  
extorsit aut̄ ambit⁹ occupauit: etiā si morib⁹ atq; actib⁹  
non offendit: ipsius tamen initii sui est perniciosus exēpl⁹  
de difficile est: vt bono peragan̄ exitu quę malo sūt inchoa  
ta principio. Qd si in quibuslibet ecclesiæ gradibus prouis  
denter sc̄iēterq; curandū est vt in domini domo nihil sit in  
ordinatū nihilq; preposteriorū: quātomagis elaborādū ē: vt  
in electione ei⁹ qui sup oēs gradus constituit non erretur,  
Nam totius familiae dñi status & ordo nutabit si quod se  
quitur in corpore nō inueniatur in capite. Vbi ēbeati patr  
li apli per spiritum dei emissi pceptio: qua in persona Thi

Leonis pape.

motei omnium sacerdotum Christi numerus eruditus: &  
perinde vnicuique nostrum dicitur Manus cito nemini im-  
posueris: neque comunicaueris peccatis alienis: Quid est ci-  
to manus imponere nisi ante aetatem maturitatis: ante te-  
pus examinis: ante meritum laboris: ante experientiam dia-  
sciplinæ: sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Ec-  
quid est communicare peccatis alienis: nisi talem efficien-  
tiam qualis ille est qui non meruit ordinari? Sicut enim  
boni operis sibi comparat fructum: qui rectum sectatur in  
eligiendo sacerdote iudicium: ita graui semetipsum affici-  
damno qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignum.  
Non enim in cuiusque persona praetermittendum est quod in  
stirutis generalibus continetur: nec putandus est honor  
ille legitimus qui fuerit de præuaricatione collatus: dicere  
te enim apostolo. Ut inter electiois regulas is episcoporum or-  
dinetur quem viuis vxoris virum fuisse aut esse consti-  
terit. Tam sacra semper habita est ista præceptio: ut etiam  
de muliere sacerdotis eligendi eadem intelligatur seruanda  
conditio: ne forte illa priusquam in matrimonium eiusve  
niret qui aliam non habuisset vxorem: alterius viri efficeret  
perturbare coniugium. Quis ergo dissimulare audeat quod intrar-  
ti sacramenti perpetratur iniuriam: cum huic magno ve-  
nerando mysterio ne legis quidem statuta defuerint quod  
bus euidenter est definitum ut virginem sacerdos accipiat:  
& alterius thorum nesciat coniugis quae vxor est futura  
a pontificis! iam tunc enim in sacerdotibus figurabatur  
Christi & ecclesie spirituale coniugium: ut quoniام vir cas-  
put est mulieris. discat sponsa verbis non alium virum vir  
se Christum qui eam unam elegit: unam diligit: & alia pre-  
ter ipsam suo consortio non adiungit. Si ergo etiam in ve-  
teri testamento haec sacerdotalium coniugiorum forma sta-  
prophana secreta & mathematicorum yana mendacia re-  
ligiōis fidem: morumq; rationem in potestate dæmonum  
& effectu syderum collocarent. Qđ si credi liceat & doceri  
nec virtutib; p̄mūmū: nec viciis poena debet: omniaq;  
nō solū humanaq; legū sed etiā diuinarū cōstitutioni de-  
creta soluen̄. quia neq; de bonis neq; de malis actib9 vllū  
poterit eēiudicīū: si in vtrāq; p̄ fatalis necessitas motum  
mētis impellit: & qcquid ab hominib; agitur nō ē hoīm  
sed astrorū. Ad hāc insaniā pertinet prodigiosa illa totius  
humani corporis per duodecim celi signa distinctio: vt di-  
uersis p̄tibus diuersæ p̄sideant potestates: & creatura quā  
deus ad imaginem suam fecit in tanta sit obligatione syde-  
rum in quanta est cōnexione mēbroq; merito patres nostri  
sub quorū temporib; hæresis hæc nefanda prorupit p̄ totū  
mūdū instāter egere vt impius furor ab vniuersa ecclesia  
pelleretur: Quādo etiā p̄cipes mūdi i hāc sacrilegā amē-  
tiā detestati sūt vt auctorē eius ac plāerosq; dīscipulos legū  
publicarū ense prosternerent: videbant enim omnem cu-  
rā honestatis auferri: omnē coniugiorum copulam solui si-

Leonis papæ

mulq̄ diuinum ius humaniq̄ subuerti: si huiusmodi ho-  
minib⁹ vſq̄ vnuere cum tali professione licuisset. Et pſuit  
diu iſta diſtriсtio ecclæſiaſtīcæ lenitatis: quæ etſi ſacerdo-  
tali contenta iudicio cruentas refugit vltiones: ſeuerita-  
men christianorum príncipum conſtitutionibus adiuua-  
tur: dum ad ſpirituale non unq̄ recurruunt remedium quicq̄  
ment corporale ſupplicium. Ex quo autem multas prouin-  
cias hostilis occupauit irruptio: & executionem legum te-  
peſtates interdixere belloq; ex quo inter ſacerdotes dei di-  
fíciles commeatus: & rari cceperūt eſſe conuentus: iuuenit  
ad publicam perturbatiōem ſecreta perfidia libertatem:  
& ad multarum mentium ſubuersionem hiſ malis eſt inci-  
tata quibus debuit eſſe correcta. Quę vero illiç aut quan-  
ta pars plæbiūm peſtis hui⁹ aliena eſt vbiſ ſicut charitas  
tua indicat. Item morbo etiam quorūdā ſacerdotū corda  
corrupta ſunt: & per quos opprimeſda falſitas: & defendē-  
da veritas fuerat: per ipſos doctrię Priscillianī euāgelium  
ſubditur christi: vt ad prophanos ſenſus pietate ſanctorū  
voluminūm deprauata: ſub nomīnibus prophetarum &  
apostolorū non hoc prædicetur qđ ſpirituſſanc tus docuit  
ſed quod diabolī minifter inſeruit. Quia ergo dilectio tua  
fidei quantum potuit diligentia dannatas olim opinio-  
nes decem & ſeptem capitulis compræhēdit: nos quoq;  
ſtrictim omnia retractemus: ne aliquid harum blaſphemia-  
rum aut tolerabile videatur aut dubium.

Capitulum primum.

**P**RIMO itaq; capitulo demonſtratur qđ impiē ſend  
ant de trinitate diuina: qui & patris & filii & ſpiri-  
tuſſanc tī vnam atq; eandem afferūt eſſe pſonam  
tanq; idem deus nunc pater nūc fili⁹ nūc ſpirituſſanc t⁹ no-  
minetur: nec alius fit qui genuit: alius qui genitus eſt: ali⁹  
qui de utroq; proceſſit: ſed singularis vñitas in tribus qui-  
dem vocabulis: ſed non tribus fit accipiēda personis. Qd

blasphemie genus de Sabellis opinione sumpserint: cunctis discipuli etiam patri passioni merito nūcupantur: quia si ipse est filius qui & pater: crux filii patris est passio: & quicquid in forma serui filius patris obediendo sustinuit: tortu in se pater ipse suscepit. Qd̄ catholica fidei sine ambiguitate contrarium est: qua trinitate vnitatis sic homousion confitetur: vt patrem & filium & spiritum sanctū sine con fusione indivisos: sine tempore sempiternos: sine differencia credat equeales: quia vnitatem in trinitate non ex eadē persona sed eadem implet essentia.

## Capitulum secundum.

**I**n secundo capitulo ostenditur ineptum vanisq̄ commentum de processionibus quarundam vir tutū ex deo quas habere coperit: & quas essentia sua ipse p̄cesserit: In quo Arrianorum suffragantur errori dicetum p̄pater filio prior sit: quia fuerit aliquādo sine filio: & tūc pater esse coeperit quando filium genuerit. Sed sicut illos catholica eccl̄a detestat: ita & istos qui putant vñq̄ deo id qđ eiusdem est essentiae defuisse. Quē sicut mutabilem ita proficiente dicere nefas est. Qz̄ em̄ mutatur qđ minuitur: tam mutatur etiam qđ augetur.

## Capitulū.III.

**I**terii vero capituli sermo designat qđ idem impi assenserant ideo vñgenitum dici filiū dei q̄ solus sit natus ex virginē. Qd̄ vtq̄ nō auderet dicere nisi Pauli famosateni & Fotini virus haussissent: q̄ dixerit dominum nostrum Iesum christum anteq̄ nasceretur ex virginē Maria non fuisse. Si autem isti aliud de suo sensu intellegi volunt atq̄ principiū de matre dant christo: assenserant necesse est nō vñtū esse filiū dei: sed alios quoq̄ ex sumo p̄progenitos: quorū hic vñus sit natus ex foecia: & hic ob hoc appellatur vñgenitus: quia hanc nascendi cōditionē alio filiorū dei nemo suscepit. Quoquo versum igitur se con-

Leonis papæ.

tulerint: in magnæ tendunt impietatis abruptum si christum deum vel ex matre volunt habere principium; vel patris dei unigenitum diffitentur; cum et de matre is natus sit qui erat deus verbum: & de p[re]te nemo sit genitus p[re]ter verbum.

Capitulum. IIII.

**V**arto autem capitulo continetur quod natalem christi quem secundum susceptionem veri hominis catholica ecclesia venerat; quia verbum caro factum est: & habitauit in nobis: non vere isti honor est: sed honorare se simuler: feiunantes eodem die sicut & die dominico; qui est dies resurrectionis christi. quod utique ideo faciunt quia christum dominum in vera hominis natura natum esse non credunt sed per quandam illusionem ostentata videri volunt quae vera non fuerint: sequentes dogma Cerdonis atque Marcionis: & cognatis suis manicheis per omnia concordantes. Quia sicut in nostro examiné detecti atque conuicti sunt dominicum diem quem nobis saluatoris nostri resurrectio consecravit: exigitur in moerore feiunii: solis ut proditum est reverentie hanc continentiam deuonentes: ut per omnia fint a nostrae fidei unitate discordes: & dies qui a nobis cum latitia habetur: ab illis in afflictione ducatur. Vnde dignum est ut inimici crucis christi & resurrectionis talem accipiant sententiam qualem eligere doctrinam.

Capitulum. V.

**V**into autem capitulo refertur quod amittitiam hominis divinae afferant esse substantiae: nec a natura creatoris sui conditio nisi nostre distare natura. Quia impietatem ex philosophorum quorundam & manicheorum opinione manatem catholicam fides damnatur: scilicet nullam tam sublimem tantum principiam esse facturam cui deus ipse natura sit. Quid enim de ipso est: id est quod ipse. Nec aliud est quam filius & spiritus sanctus. Prater hanc autem

summæ trinitatis vnam cōsubstantialē & sempiternā atque  
 incommutabilem deitatem: nūl omnium creaturarum  
 est quod non in exordio sui ex nūllo creatum sit. Non autem  
 quicquid inter creaturas eminet deus est: nec si quid ma-  
 gnū est atque mirabile hoc est quod ille qui facit mirabilia ma-  
 gna solus. Nemo hominum veritas: nemo iustitia est: Sed  
 multi participes sunt veritatis & sapientiae atque iustitiae.  
 Solus autem deus nullius participationis dignus est. De  
 quo quicquid digne vtcungque sentitur: non qualitas est sed  
 essentia. Incōmutabili enim nūl accedit: nūl deperit:  
 quia esse illi quod est sempiternum semper est proprium. Vn-  
 de in se manens innouat omnia: & nūl accipit quod ipse nō  
 dedit. Nimiū igitur superbi: nimiūque sunt cæci: qui  
 cum dicat humanam animam diuinam esse substantiam:  
 non intelligunt nihil se aliud dicere quod deum esse mutabili-  
 lem: & ipsum perpeti quicquid potest naturę eius inferre.

## Capitulum, VI.

**S**exta annotatio indicat eos dicere que diabolus nūl  
 fuerit bonus: nec natura eius opificium dei sit:  
 sed eum ex Chao & tenebris emersisse, quia scilicet  
 nullum sui habeat auctore: sed omnis malum ipse sit pri-  
 cipium atque substantia: cum fides vera quae est catholica  
 omniū creaturarum: siue spiritualium: siue corporalium:  
 bonam confiteatur substantiam: & malum nullam esse natu-  
 ram: quia deus qui vniuersitatis est cōditor nūl nō bonū  
 fecit. Vnde & diabolus bonus esset si in eo quod factus  
 est permaneret. Sed quia naturali excellentia male va-  
 sus est: & in veritate non stetit: non in contrariam transit  
 substantiam: sed a summo bono cui debuit adhaerere  
 descivit: sicut ipsi qui talia afferunt a veris in falsa proru-  
 unt: & naturam in eo arguunt in quo sponte delinquunt:  
 ac pro sua voluntaria peruersitate damnantur. Quod vtique

Leonis papæ

In ipsis malum erit & ipsum malum non erit substantia sed  
poena substatiæ.

Cap. VII.

**S**eptimo loco sequitur q[uod] nuptias dānat & p[ro]creatio[n]ē nascentium phorrescunt: In quo sicut poenam in oībus cū manicheoꝝ p[ro]phanitate cōcordat: Ideo sicut ipsorum mores probant coniugalem copulam detestantes: quia non est illuc libertas turpitudinis vbi pudor matrimonii seruatur & sobolis.

Cap. VIII.

**C**tausū eorū est plasmationē humanoꝝ corporis aboli dicere eē figmētū: & semina conceptionum operē dēmonū in mulieris vteri figurari. Proprie ea resurrectionē carnis nō esse credēdā: quia cōcreatio corporis non sit congruens animae dignitatī. Quae falsitas ita ne dubio opus diabolī est & talia p[re]digia opinōnū figmenta sunt dēmonū: q[uod] nō in foeminaꝝ ventrib[us] formāt hōes: sed in hæreticoꝝ cordib[us] tales fabricant[ur] errores: Q[uod] dīmū dissimū virus de Manichea īmpie tatis specialiter fōtecedēs: olim fides catholica dephēdit atq[ue] dānauit.

Cap. IX.

**N**ona aut̄ annotatio manifestat q[uod] filios p[re]missionis ex mulierib[us] quidē natos: sed ex spūlā sancto dicantur eē cōceptos: ne illa soboles quē de carnis semine sc̄it ad dei cōditionē p[re]tinere videat. Q[uod] dī catholice fidei et pugnās atq[ue] cōtrariū est: q[uod] omnē hominē & corporis aliaꝝ substatiā a conditore vniuersitatis formari atq[ue] animari in tra materna vīscera cōfitet: manēte quidē illo peccati mortalitatis q[uod] cōtagio q[uod] in plēa primo parēte trāscurrat: sed regenerationis sacramēto subueniēte quo ex spūlā sancto p[re]missionis filii renascunt: nō in vtero carnis sed ī vitrute p[re]fismatis. Vnde & Dauid q[uod] vtig[er] erat p[re]missionis filius dicit ad deum. Manus tuæ fecerūt me & plasmauerunt me

Et ad Hieremiam dominus ait Pr̄iusq̄ reformarem in vte-  
ro noui te: & in vulua matris tñ sanctificauit te.

## Cap.X.

**D**ecimo aut̄ capitulo referunt̄ asserere aias quę huma-  
nis corporib⁹ inserunt̄ fuisse in corpore: & in ce-  
lesti habitatiōe peccasse: atq; a sublimib⁹ ad in-  
feriora dilapsas in diuersę qualitat̄ p̄incipes incidisse: & p̄  
aetas ac sydereas potestates alias duriores alias mitiores  
corporibus esse inclusas a sorte diuersa & conditione diffi-  
cili ut q̄cqd in hac vita varie & inēqualiter puenit ex p̄ce-  
dentib⁹ causis videatur accidere. Quā impietatis fabulā  
ex multorū sibi erroribus texuerūt: sed oēs eos catholica fi-  
desa corpore suę vnitatis abscidit. Cōstāter p̄dicas atq; ve-  
raciter q̄aī hoīm priusq̄ suis inspirarent̄ corporib⁹ nō fue-  
re: nec ab ullo incorporant̄ nisi ab opifice deo: qui & ipsarū  
est creator & corporū. Et quia per prīmī hoīs p̄xuaricatio-  
nem tota humani generis propago vitiated sit neminē pos-  
sea conditione veteris hominis liberari: nisi per sacramen-  
tum baptismatis christi: in quo nulla est discretio renato-  
rum. Dicente apostolo. Quicunq; em̄ in christo baptizati  
estis christum induistis. Non est Iudeus neq; gr̄ecus: nō est  
seruus neq; liber: non est masculus neq; foemina: oēs enim  
vnum estis in xp̄o lesu. Quid em̄ agit̄ cursus syderum qd  
figmenta fatorum: quid mundanarū rerum mobilis stat⁹:  
Inquieta diuersitas! Ecce tot impares gratia dei facit eq̄les  
qui inter quoslibet vitae huius labores si fideles permanēt  
miseri esse non possunt. apostolicū illud in temptatione dicē-  
tes. Qui nos separabit a charitate christi: tribulatio an an-  
gustia: an persecutio: an fames: an nuditas an periculum: an  
gladius: Sicut scriptum est. quia ppter te morte afficiimur  
tota die: aestimati simus vt oues occisionis. Sed in his oīb⁹  
superamus in eo qui nos dilexit: Et ideo ecclesia quaē corp⁹  
est christi nihil de mundi inēqualitatibus metuit quaē ni-

Leonis papæ.

hil de bonis corporalibus cōcupiscit. Nec timet inani struunt  
pitu fatorum grauari quæ patientia tribulationum nouit audi  
augeri. Cap.XI

**N**decima ipsorum blasphemia est: qua fatalibus  
stellis & aias hoīm & corpora opinant̄ astringit  
quā amentiā necesse est ut omnibus paganorum  
errorib⁹ implicati: & fauētia sibi (vt putat) sydera colere &  
auersantia studeant mitigare. Verum ista sectatib⁹ null⁹  
in ecclesia catholica locus est: qm̄ qui se talibus p̄suasioni  
bus dedit a christi corpore totus abscessit.

Cap.XII.

**D**e decimū inter hęc illud est qđ sub aliis prati  
bus partes aīę: sub aliis corporis mēbra describit  
& qualitates interiorum präfultū in patriarcha  
rū nominibus statut̄: quib⁹ e diuerso signa sydereorum quo  
rum virtutī corpora subiiciant̄ opponunt. Et in his oīb⁹ in  
extricabili se errore præpediūt: non audientes dicētē aplin  
Videte ne quis vos decipiāt per philosophiā & inanē falla  
ciā scdm traditionē hominū: scdm elementa mūdi & nō  
scdm christū: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diui  
nitatis corporaliter: & estis in illo repleti qui est caput oīs  
principatus & potestatis. Et iterum. Nemo vos seducat  
volens in humilitate & religione: angelorū: quæ nō vidit  
ambulans: frustra inflatus sensu carnis suæ: nō tenens ca  
put: ex quo totum corpus pernexus & coniunctiones sub  
ministratū & cōfictū crescit in augmentū dei. Quid ergo  
opus est in cor admittere qđ lex non docuit: qđ prophetia  
non cecinīt: qđ euāgeliī veritas nō prædicauit: qđ apostoli  
ca doctrina non tradidit? Sed haec operta sunt eorum men  
tibus de quibus apostolus dicit. Erit em temp⁹ cum sanā  
doctrinam nō sustinebunt: sed ad sua desyderia coaceruas

Epistola.

Fo. CIII.

strubunt sibi magistros prurientes aurib⁹; & a veritate quidē  
auditum auertent: ad fabulas autem conuertētur. Nihil  
itaq; nobiscū cōmune habeāt qui talia audent vel docere:  
vel credere: & quibuslibet modis nīruntur astruere q; sub-  
stantia carnis ab spe resurrectionis aliena sit: at q; ita omne  
sacramentum incarnationis christi resoluunt. Quia indi-  
gnum fuit integrum hominē suscipi si indignum erat in-  
tegrum liberari.

Cap. XIII.

**S**extodecimo loco positum est eosdem dicere q; oē  
corp⁹ scripturarū canonicaū sub patriarcharū  
noībus accipiēdū sit: quia ille duodecim virtutes  
quæ reformationē hominis interioris operant: in horū vo-  
cabulis indicentur: sine qua scientia nullā animā posse al-  
sequi: vt in eam substantiam de qua prodiit reformet. Sed  
hanc impiā vanitatē despiciui habet christiana sapientia  
quæ nouit verę deitatis iūiolabilem & iconuertibilem esse  
naturam: aīam autem siue in corpore viuentē siue a corpe  
separatum multis passionibus subiacere. Quæ utiq; si di-  
uinę esset cēntia nihil aduersi posset incidere. Et ideo si cor  
poraliter aliud creator est: aliud creatura. Ille em̄ semp idē  
est: & nulla varietate mutatur: hęc autē mutabilis est etiā  
non mutata: quia vt non mutetur datum poterit habere  
non proprium

Cap. XIII.

**S**extodecio vero caplo de statu corporis sen-  
tire dicunt q; sub potestate syderum atq; signorū  
proterrena qualitate teneat: & ideo multa in san-  
ctis libris quæ ad exteriorem hoīem pertineat reperiri: vt  
in ipsis scripturis inter diuinā terrenamq; naturā quedam  
sibi repugnet aduersitas: & aliud sit qd̄ sibi vindicent ani-  
mæ prafules: & aliud quod corporis conditores Quæ fa-

Leonis papæ

bulæ ideo differunt: vt & aīē diuinæ affirmet eē substātē &  
caro credat malē eē nature; qm̄ & ipsum mūdū cū elemētis  
suīs nō opus deī boni sed cōditionē mali pfitent̄ auctoris  
atq; vt hēc mēdaciōꝝ suoꝝ sacrilegia bonis titulīs colora  
rēt: oīa pene diuina eloqua sensuū nefandoꝝ īmissiōe vio  
larūt.

Ca.XV.

**E**qua re quintidecimū capituli sermo cōqueritur  
& psumptionē diabolicā merito detestatur: quia  
& nos istud vera cū testimonioꝝ relatione cōpīm<sup>o</sup>  
& multos corruptissimos eoꝝ codices q canonici titulans  
īnuenim<sup>o</sup>. Quō em̄ decipere simplices possent nīsivenē  
ta pocula quodā melle plinirent: ne vsquequaꝝ sentientē  
īnsuauia quae essent futura mortifera. Curandum ergo est  
& sacerdotali diligentia maxime prouidendū vt fallatiō  
dices & à syncera veritate discordes ī nullo ysu lectiōis ho  
beant. Apocriphē autem scripturę quę sub nominibus ap  
stolorū multaꝝ habent seminarium falsitatū nō solū inre  
cidendę: sed etiā penit<sup>o</sup> auferendae sunt atq; ignibus co  
cremandę. Qūis enim sint in illis quedā quae videant̄ sp̄  
ciem habere pietatis: nunq; tñ vacuę sunt venenis: & pī  
bularum illecebras hoc latenter operantur vt mirabilium  
narratione seductos: laqueis cuiuscunq; erroris īnuolunt  
**V**nde si quis episcoporum vel apochriphas haberē per  
mos non prohibuerit: vel sub canoniconum nomine eos  
dices permis̄t legere: q priscilliani adulterina sunt em  
datione corrupti hereticum se nouerit iudicādum. Qu  
niā qui alio ab errore non reuocat se ipsum errare dem  
strat.

Capitu.XVI.

**O**stremo autem capitulo hoc prodidit iusta que  
timonia q Dicitinii tractus quos secundum  
Priscilliani dogma conscripsit a multis cū

veneratione legerent: cum si aliquid memoriae Dicticinio  
tribuēdum putant: reparationē eius magis debeant ama-  
re q̄ lapsum. Non ergo Dicticinū: sed Priscillianum legūt:  
& illud probant quod errans docuit: non quod correct⁹ ele-  
git. Sed nemo hoc impune præsumat: nec inter catholicos  
censeatur: quisquis vt titut scripturis: non ab ecclesia solum  
modocatholica: sed a suo auctore damnatis. Nō sit peruer-  
sis liberum simulare quod fingunt: nec sub velamine no-  
minis Christiani: decretorum imperialium statuta decli-  
nent. Ideo eī ad ecclesiam catholicā cum tanta cordis di-  
uersitate cōueniūt: vt & quos possunt suos faciant: & legū  
seueritatē dum se nostros mentiunt effugiant. Faciūt hoc  
Priscillianistæ: faciunt hoc Manichei: quorū cum istis tam  
fœderata sunt corda: vt solis nominib⁹ discreti: sacrilegiis  
autem suis inueniant vñiti. Quia etsi vetus testamentum  
quod isti se suscipere simulant: Manichei refutant: ad vñū  
tamen finem vtrorumq; tēdit intentio: cum isti recipiendo  
corrūpunt: illi abdicando impugnant. In execrabilibus au-  
tem mysteriis eorum: quæ quanto immundiora sunt: tan-  
to diligentius occultatur. vñū prorsus nefas est: vna est ob-  
scenitas: & similis turpitudo. Quam si eloqui erubescim⁹  
sollicitissimis tamen inquisitionib⁹ iudicata: & Manicheo-  
rum qui comprehendens sunt confessionibus detecta: ad pu-  
blīcam fecim⁹ peruenire notitiam: ne villo modo possit du-  
biū videri quod in iudicio nostro cui non solum frequen-  
tissima præsentia sacerdotum: sed etiam illustrium virorū  
dignitas: & pars quædam senatus ac plēbis interfuit: ipso-  
rum qui omne facinus perpetrabant: orereturatum est: sicut  
ea quæ ad dilectionem tuam nunc direximus gesta demon-  
strant. Quod autem de Manicheorum fœdissimo scelere:  
hoc etiam de Priscillianistarum incestissima consuetudine  
olim compertū: multūq; vulgatum est. Qui enim per oīa  
sunt impietate sensuum pares: nō possunt in sacris suis esse

O

dissimiles. Decursis itaq; omnibus quæ libelli series comprehendit: & a quibus commonitorii forma non discreperet: si ficerent (vt opinor) ostendimus: quid de his quæ ad nos pertinetas tua retulit: censemus: & q; non sit ferendum si ratione prophanis erroribus etiam quorundam sacerdotum corda co-sentient: vel: vt mitius dixerim: non resistunt: qua conscientia honorem sibi debitum videntur: qui pro anima sua sibi creditis non laborant. Bestiae irruunt: & ouium septem claudunt: fures insidiant: & excubias non pretendunt. Mortali crebrescunt: & remedia nulla conficiunt. Cum autem crisis illud addunt: vt his qui sollicitius agunt: consentire dereliquerint: & impietates olim toto orbe damnatas suscriptionibus suis se anathematizare dissimulent: quid de se intelligi possunt: nisi q; de numero fratrum non sunt: sed de parte hostilium.

## Caput. XVII.

**N**e vero quod extrema familiaris epistola tua parte posuisti: miror cuiusq; catholici intelligentiam laborare: tanq; incertum sit: an descendens ad inferna Christo: caro ei<sup>9</sup> requieuerit in sepulchro: Quis sicut vere & mortua est & sepulta: ita vere est die tertia resuscitata. Hoc enim ipse dominus denuntiauerat: dicens ad Iudeos. Soluite templum hoc: & in triduo resuscitabo te Iud. Vbi euangelista subiungit: hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David prophetarum praedixerat: loquens sub persona domini saluatoris dicens. Insuper & caro mea requiescat in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabitis sanctum tuum videre corruptionem. Quibus utiq; verbis manifestum est q; caro domini & vere sepulta requieuit: & corruptionem non subiit: quia celeriter vivificata redditu animæ resurrexit. Quod non credere satis impium est: & ad Manichei Proscillaniq; doctrinam pertinere non dubium est: qui facile

go sensu: ita se Christum simulant cōfiteri: vt incarnatiōis  
& mortis & resurrectionis auferat veritatem. Habeatur er-  
go inter vos episcopale cōciliū: & ad eum locum qui om̄i  
bus opportunus sit: vicinarum prouinciarū conueniant sa-  
cerdotes: vt secundum ea quę ad tua consulta respondim⁹  
plenissimo exquiratur examine: an sint aliqui inter episco-  
pos: qui huius hæreſeos contagio polluantur a communio-  
ne fine dubio separandi: si nefandissimam sectam per om̄i  
sensuum prauitates damnare noluerint: Nulla enim ratio  
ne tolerandum est: vt qui p̄ēdicandæ fidei suscepit officia  
um: his contra euangelium Christi: contra apostolicam do-  
ctrinam: contra vniuersalīs ecclesiæ symbolū audeat dispu-  
tare. Quales illic erunt discipuli: vbi tales docebunt magi-  
stri: Quae illic religio populi: quae salus pl̄ebis: vbi contra  
humanam societatem pudoris sc̄issi verecundia tollitur:  
coniugiorum foedera auferuntur: propagatio generatio-  
nis inhibetur: carnis natura damnatur: contra verum autē  
dei culrum trinitas deitatis negatur: personarum proprie-  
tas confunditur: anima hominis diuina essentia prædica-  
tur: & eadem ad diaboli arbitrium carne concluditur: del  
filius per id quod ex virginē ortus: non per id quod ex patre  
natus est: vniigenitus p̄ēdicatur: idemq; nec vera dei pro-  
les: nec verus filius virginis asseritur: vt per falsam passio-  
nem: mortemq; non veram: mendax etiam resurrectio re-  
sumptæ de sepulchro carnis habeatur. Frustra autem vtū  
tur catholico nomine: qui istis impietatibus non resistunt  
Possunt hæc credere: qui possunt talia patiēter audire. De  
dimus itaq; litteras ad fratres & coepiscopos nostros Ter-  
ragonenses: Carthaginenses: Lusitanos: atq; Gallicos. eis  
q; concilium synodi generalis indiximus. Ad tuā dilectio-  
nis sollicitudinem pertinebit: vt nostra ordinationis au-  
toritas: ad p̄ēdictarum prouinciarum episcopos defe-  
tatur. Si autem aliquid (quod absit) abſtitet: quo minus

Leonis papae.

possit celebrari generalē conciliū: galliciē saltem in uno cōuenient iacerdotes: quibus cōgregatis fratres nostri Hydācius & Ceponius immīnebunt confuncta cum eis instantia tua quatenus de prouinciali conuentu remedii tantis vulneribus afferatur.

Epistola. LXXII. Aurelii Carthaginensis episcopi ad omnes episcopos per Bizanzenā & Arzignitanā pūniciā cōstitutos de dānatōe pelagiī atq; Celestii heretici corū. Dilectissimis ac desiderabilibus & cōsacerdotib; Prīmiano/Gaiano; & aliī Gaiano/Ianuario & vīctorino cateris per tractū prouincię Bizanzenę & Arzigniranę constitutis. Aurelius episcopus.

**S**Vper Celestii & pelagiī damnatiōe eorūq; dogma tibus partícipem sanctā dilectionē vestram in plenario cōcilio fuisse cognoui dilectissimi & desiderabiles fratres. Sed quoniā pro honore dei in cuius manus regis est constitutū glorioſissimorum principum christiana rum fidē rectam & catholicam custodientiū accessit auctoritas /quā per humilitatē meam vniuersis episcopis medi volui itimare. Idcirco honorabilem fraternitatē vestram missis exemplaribus instruere curauī /ne in aliqua parre pūniciē supradictorum serpentina persuasio ab vniuersali ecclēsia toti⁹ orbis exclusa fortasse surrepat. Ob hoc ergo ram necessaria cōstitutio principum christianorum charitatem vestram latere non debuit: & ad me ab eis datę litterę quorum simul exemplarib; lectis quemadmodum subscribere vnuſq; vestrū debeat) dilectio vestra cognoscet: siue quorum synodalibus gestis subscriptio iam tenetur: siue qui nō potuistis eidem plenario totius a phricē interesse concilio: quod cum in supradictorum hereticorum damnatione omnium vestrū fuerit integrata subscriptio: nihil omnino vnu-

de illis dissimulationis vel negligentiae; vel occultatae forsitan prauitatis; aliqua videatur merito remansisse suspicio. Alia manu. Opto fratres bene viuatis mei memorie. Data Calendis Augusti Carthaginē Monaxio & Pluita cō  
sulibus.

Excerpta ex gestis habitis contra Pelagium hereticum: & alia de libellis eiusdem: quae in Palēstina sibi obiecta damnare compulsus est.

**Q**uod ad Hierusalem nolētem colligi filios suos dominus clamabat: hoc nos clamamus aduersus eos qui filios ecclesię colligi nolūt. Nec saltē post iudicium: quod de ipso Pelagio in Palēstina factū est: corrigūtur de quo damnatus exisset: nisi obiecta sibi contra gratiam dei dicta: quę obscurare non potuīt: ipse damnasset. Prater illa: quę quomodo potuīt: ausus est qualicunq; ratione defendere. Obiecta sunt quedam: quę nisi remota omnī tergiversatione anathematizasset ipse anathema factus fuisset

### Dogma Pelagi hereticī.

**C**um diceret Adam mortalem factum: qui siue peccasset: siue non peccasset: moriturus esset: & q̄ peccatum ipsius ipsum solum laeserit: non genus humānum: & q̄ infantes nuper natū in illo statu sint in quo Adā fuit ante prævaricationem: & q̄ neq; per mortem: vel prævaricationem Adā omne genus moriatur: neq; per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat. Infantes enim si non baptizentur habere vitam æternam: & diuites baptizatos: nisi omnibus abrenuntient: siquid boni vihi sunt facere: non reportare illis: nec eos habere posse regnū  
O.iii

LEONIS PAPÆ

dei; & gratiam dei; atq; adiutorium; non ad singulos actus  
dari; sed in libero arbitrio esse; vel in lege atq; doctrina; &  
dei gratiam secundum merita nostra dari; & filios dei non  
posse vocari; nisi omnimodo absq; peccato fuerint effecti;  
et non esse liberum arbitrium; si dei eget auxilio; quoniam  
in propria voluntate habet vniusquisq; facere aliquid; aur  
non facere; et victoriam nostram non esse ex dei adiutorio;  
sed ex libero arbitrio; & q; poenitentibus venia nō detur se  
cundum gratiam & misericordiam dei; sed secundum mea  
ritum & laborem eorum; qui per poenitentiam; digni fue  
rint misericordia. Hac omnia Pelagius sic anathematiza  
uit. Quod satis gesta ipsa testantur; vt nihil ad ea quoquo  
modo defendenda disputationis attulerit; vnde fit confe  
quens; vt quisquis secutor illius fuerit episcopalis auctorie  
tate iudicii; & ipsius Pelagii confessione; haec tenere debeat;  
qua; semper tenuit catholica ecclesia.

Dogm a catholicorum.

**O** Vod Adam nisi peccasset; moriturus non fuisset.  
Secundo; q; peccatum eius non ipsum solum la  
rit; sed & genus humanum. Tertio q; infantes n  
pernatū non sunt in illo statu in quo Adam fuit ante pra  
rationem. Quarto; vt ad ipsos etiam pertineat; quod de  
uiter ait apostol<sup>o</sup>. Per vnum hominem mors; & per vnum  
hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adamo  
moriuntur; ita & in Christo omnes vivificabuntur. Vnde  
fit; vt infantes non baptizati non solum regnum cælorum  
verum etiam vitam æternam habere non possunt. Quinto  
vt confiteatur diuites baptizatos etiam si diuitiis suis non  
careant; & sint tales quales ad Timotheum describit apos  
tolus dicens. Præcipe diuitibus huius sæculi non superbe

sapere: neq; sperare in incerto diuinitarum suarum: sed in de-  
um viuum: qui prestat nobis omnia abundantiter ad fruens-  
dum: diuites sunt in operibus bonis: facile tribuant: com-  
municent: thezaurisent sibi fundamentum bonum in fu-  
turum: ut apprehendant veram vitam: nos eos regno dei  
posse priuari. Sexto: ut confiteantur gratiam dei. & adiu-  
torium: etiam ad singulos actus dari: eamq; non secundum  
merita nostra: ut vera sit gratia: id est gratis data: per eius  
misericordiam qui dixit. Miserebor cui miseratus fuero: &  
misericordiam praestabo: cui misericors fuero. Septimo:  
ut filios dei fateatur illos posse vocari: qui quotidie dicunt:  
dimitte nobis debita nostra: quod utiq; veraciter non dice-  
rent: si essent omnino absq; peccato. Octauo: ut fateatur es-  
se liberum arbitrium: etiam si diuio indiget adiutorio. No-  
no: ut fateatur quando contra tentationes cōcupiscentias  
q; illicitas dimicamus: quis illic habeamus & propriam vo-  
luntatem: non tamen ex illa: sed ex dei misericordia nostrā  
salutem: quia non aliter verum erit: quod apostolus ait Nō  
volentis: neq; currentis: sed ut saluemur miserentis est dei:  
Decimo: ut fateamur secundum gratiam & misericordiam  
dei veniam petentibus dari: non secundum meritum eo-  
rum: quandoquidem ipsam poenitentiam donum dei di-  
xit apostolus: vbi ait de quibusdam. Ne forte det illis deus  
poenitentiā. Hæc omnia simpliciter sine ullis fateatur am-  
bagibus. Si quis in auctoritatem catholicam: & ipsius Pela-  
gii expressa ecclesiasticis gestis verba consentit: neq; enim  
illa quæ his sunt contraria: veraciter anathematizata esse  
credendum est: nisi hæc quibus sunt contraria fide & cor-  
deteneantur: & aperta confessione promantur.

Amen.

O.iii

Epistola Leonis papae ad Rusticū Rauennīum Venerabilem & ceteros episcopos galliarum.  
Epistola, LXXIII.

**M**pletis per misericordiam dei communibus votis dignum est fraternitatem vestram sanctorum gaudiorum habere confortium. Nam fratres mei qui viae mea orientali synodo presederunt quod vota retulere significato confirmata catholica fides & glorificato apostolicę predicationis triumpho. Quod etiam his qui ad deuiandum vel seducti fuerant vel impulsi recepta veritatis luce letantur. Siquidem omnes dominini sacerdotes in una sententia sancto spiritu docente consensere: & de sacramento dominice incarnationis in qua multorum intelligentia caligabat. Irate nebre erroris ablarē sunt ut in uno domino nostro vero dei & hominis filio / nec de humanitatis ambigaf natura: nec de deitatis essentia. In impios autem nefandi erroris auctores qui indignos se dei grata iudicantes correctionis utriusque remedium inveniunt: qualis sit lata sententia exemplaria quem misimus edocent: ut agnoscat vestra dilectio fratres charissimi in sancto examine diuinū nō defuisse iudiciū: quo & vindictare retributa est obduratis & pax impensa correctis. Dominus vos incolumes custodiat fratres charissimi.

Eiusdem ad Julianum episcopum,  
Epistola, LXXIII.

**I**tterē dilectionis tuę quemadmodum nuper sunt redditæ quod spirituali catholice fidei yigeas amore demonstrant: & multum gaudere me faciunt quod in eadem sententia pia corda concordant ut secundum doctrinam spiritus sancti impleatur in nobis quod apostolus ait. Obscurum autem vos fratres per nomen dominii nostri Iesu Christi vnde ipsum dicatis omnes: & nō sint in vobis scismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem sententia: cuius unitas

tis nimium se euthices fecit extraneum / si in sua peruersitate  
 veteras cit / nec adhuc quib⁹ vinculis a domino sit obligatus intelligit. Et q̄q sacerdotem domini reperiēdum putat  
 qui eius imperitię amentięq; cōsentiat: diu apud nos incertum fuit quid in ipso catholicis displiceret. & cū fratri no-  
 stri Flauianī nullas litteras sumeremus: ipse autem scriptis suis Nestorianam h̄eresim repullulare quereretur: non ple-  
 ne potuimus discere vnde procederet: vel quo tenderet tam  
 dolosa causatio. Sed posteaq; gestorum ad nos episcopalium  
 documenta perlata sunt: omnia illa quę fallacium querela-  
 rum velamine tegebantur q̄ essent detestanda paruerunt.  
 Et quia clementissimus imperator probeniuolentia ac pie-  
 tate animi sui de statu hui⁹ quí ante honorabilis videbatur  
 diligentius voluit iudicari: atq; ob hoc indicendū credidit  
 episcopale cōciliū: per fratres nostros Iulianum episcopum  
 & Renatum presbyterum: sed & filium meum diaconū Hy-  
 latium: & quos ex latere meo vice mea misi ad fratre nostrū  
 Flauianū sufficientia p̄qualitate causę scripta direxi: quib⁹  
 & vestra dilectio & ecclesia vnuerſa cognoscat de antiqua  
 & singulari fide quā indoctus impugnator incessit quid di-  
 uinitus traditum teneamus: & quid incōmutabiliter prēdi-  
 cemus! Quia tamen non debemus partes miseratiois omī-  
 tere: congrua moderatione credidim⁹ sanciēdū vt si condē-  
 natuſ presbyter plena satisfactione corrigitur: sentētia qua  
 obstrictus est relaxetur. Si vero in eodem insipientię suę lu-  
 to iacere delegerit / statuta permaneant: & cū eis habeat for-  
 tem quorum est secut⁹ errorem. Data Idus Iunii Asturio &  
 Protogene consulibus.

Item ad Flauianum constantinopolitanum.

Epistola. LXXV.



Itineras tuę dilectionis accepi / cum gestis quę apud  
 vos fidei quęstione cōfecta sunt. Et quia clementis-  
 simus imperator pro ecclesię pace sollicitius syno-

Leonis papa.

dum voluit cōgregari q̄uis euidenter appareat rem de qua agitur nequaq̄ synodali indigere tractatu: tamē frater chris tissime subsecutus esse significo quos in hacre placuit determinare. Nec necessarium fuit nūc amplius scribi: cum propria de his q̄ue causē credidimus conuenire/pea quae ip̄i potabunt scripta: sis plenius instruēdus. Data quintodecimo Calendas iulii Asturio & Protogene consulibus.

Item eiusdem Ad Theodosium Augustum,  
Epistola, LXXVI.

**A**Ccep̄tis clementiē vestrē litteris: & multum vniuersali ecclesiē gaudendū esse prospexi/q̄ christiana nam fidem qua diuinitas honorā & colitur in nullo dissimilem/in nullo vult esse discordē. Quid enim rebus humanis ad exorādam misericordiam dei efficacius suffragetur: q̄ si vna gratiarum actio/& vnius confessionis sacrificium maiestati eius ab omnib⁹ offeratur! In quo & sacerdotum & cunctorum fidelium ita demum erit plena deuotio si in his q̄ue per vnicum dei filium deum verbum pro nostra redēptione sunt gesta/nihil aliud sentiatur/q̄ quod ipse praedicari de se iussit & credi. Vnde q̄uis ad diem cōcīlii episcopalis quem pietas vestra constituit occurrere meratione nulli permittat: cum nec aliqua ex hoc exēpla prēcesserint: & temporalis necessitas me non patiatur deserere ciuitatem: presertim cū tam euidēs fidei causa sit vt rationabilibus abudicenda synodo fuisset abstinentium: ramen inquātum de minus iuuare dignatur/meū studium cōmodauī: vt clementiē vestrē statutis aliquatinus pareatur/ordinatis hincfatis tribus meis qui amputandis scandalis pro causæ aquitatis sufficient: quiq̄ prēsentię meę impleant vicem:quia nō talis questio orta est vnde aut possit aut debeat dubitari. Data duodecimo Calēdas iulii Asturio & protogene cōsulibus.

Eiusdem ad Flavianum episcopum.  
Epistola, LXXVII.

**P**rofectis iam nostris quos ad vos in fidei causa direximus per filium nostrum Basiliū diaconum scriptra tuę dilectionis accepim⁹: quib⁹ merito parū de negotio cōmuniſ sollicitudinis ididisse: quoniam & gesta ante delata de omnibus nos ſufficienter instruxerant: & ad familiarem interrogationem idone⁹ erat sermo p̄dicti: per quem nunc alloquia reddentes/ dilectionem tuā per dei gratiam: in qua fidimus: cohortamur: vt tētes verbis apostolicis argē dicentes. In nullo terreamini ab aduersariis: quae eſt illa cauſa perditionis: vobis autem ſalutis. Quid enim tam extiabile q̄ negata veritate incarnationis Christi omnem ſpēm ſalutis humanae velle diſſoluere: & apostolo/ contraire dicenti manifeste. Magnum eſt pietatis ſacramētum quod manifestatum eſt in carne: Quid tam glorioſum q̄ cōtra iniūcios nativitatis & crucis Christi pro fide euangelica dicācere! De cuius purissimo lumine inuictaque virtute/ datis iam ad tuam dilectionem litteris/ quid in nostro eſſet cor de patēfecimus: ne de illis quae ſecundum doctrinam catholicam didicimus & docemus: aliquid inter nos videri poſſit ambiguum. Quia vero tam valida & tam clara ſunt testimonia veritatis ut nimis cēcūs nimisq; obduratus habendus fit qui ad choruscationem lucis atq; rationis non confeſtim ſe a tenebris falſitatis excuſſerit: ad curandam imperitorum insaniam etiam patientię volumus adhibere medicinam: ut paternas increpationes hui⁹ qui in ſenectute carnis ſuę mente ſunt paruuli/ diſcant obedire maioribus: ac fi deposita imperitię ſuę vanitatem refiſſunt: omniq; eratore damnato fidem veram ſingularēq; fuſcipiunt: mīſericordia eisdem episcopalī beniuelentię non negetur: manuſtūdicio quod p̄ceſſit/ ſi impietas mei mīto condēnata in

Leonis papæ

sua prauitate p̄stiterit. Data decimo Calendas augusti: A  
sturio & Protogene consulibus.

Epiſtola. LXXVIII.

Item ad eundem cōſtantinopolitanum  
epiſcopum.

**V**get ſollicitudinem noſtram taciturnitas tua:  
qui iamdiu nulla dilectiōis tuę ſcripta fuſcepim⁹:  
cum nos curarum tuarum particiپes profidei de-  
fenſione ſolliciti frequenter per occaſiones idoneos ad dile-  
ctionem tuam litteras miſerimus: vt adhortationum no-  
ſtrarum conſolationib⁹ te iuuaremus: vt aduersariorū fili-  
mulis profidei deſenſione non cederes: cum laboris tui pa-  
tiциpes nos probares. Olim ad fraternitatē tuam noſtrorum  
dīmūs perueniſſe: per quos plenius ſcriptis: mādatiſq; noſ-  
tris inſtructum te eſſe retines: & Baſiliū ad te (vt volue-  
ras) iipſi remiſiſmus. Nūc ne aliqua p̄termiſſum occaſione  
crederes: per filiū noſtrū honorabilē & amabilem nobis vi-  
rum Eſtitū hāc paginā dedimus: vt tota celebritate ad fa-  
pta noſtra respōdeas: noſq; ſubinde de tuis actibus: noſtrou-  
rūq; & de totius cauſe aſſolutione facias certiores: vt ſolli-  
citudinem quam nūc profidei deſenſione gerimus: proſpe-  
riorib⁹ nūtiis molliamus. Data tertio idus auguſti: Aſtu-  
rio & Protogene consulibus.

Leo: & sancta synodus quae in urbe cōuenit  
clero: honoratiſ: & plebi constantinopolita-  
ne: Epiftola. LXXIX.

**N**on notitiā noſtrā quę Ephesi cōtra opinōnem oīm  
ſunt acta perlatiſ: magno aīm noſtrum fatemu-  
mōrōre cōfusum: nec tātum licuifſe iniquitati fa-  
cile potuifſemus credere: niſi filius noſter Hilarius diaco-  
nius: qui a nobis vice noſtra cum aliis: vt interefſet synodoi-  
miſſus fuerat: fugiens reuertifſet: declinans iuſta par-  
ticeps eſſet ſententia. Quippe: quum vox illic a noſtri-

contradicitionis emissa sit quā Alexandrinus antistites qui totum solus potentie suę vendicauit audire cōtempsit: in cōsortium suę voluntatis inuitos protrahēs sacerdotes ut per vim coacti subscriberent qui nullam dānatiōis causam idoneę reperissent. Sed hos ausus pio & christianissimo prīcipi confidimus minime placituros. Nūc quia ecclesiam vestram hac ratione cognouimus dissipatam; consolando adhortādos q̄ vos esse credimus nostris epistolis: vt pro catholicę fidēi defensiōe perfidorum nequit̄ resistatis. Nolum⁹ enim dilectionem vestram hoc micerore percelli / cū maior gloria vestra sit subsecutura constantiā si a probabili sacerdote vestro nulle minē vos nulla formido diuellerit: Quisq̄ enī in columnā atq̄ superstite Flauiano episcopo vestro sacerdotis eius fuerit ausus inuadere: nunq̄ in cōmuniōe nostra habebitur: nec iter episcopos poterit numerari: Nos enim sicut Nestorium in sua peruersitate anathematizauim⁹: Ita eos qui veritatē carnis nostrę in domino iesu christo denegant/ pari execratione damnamus. State igitur in spiritu catholice veritatis & apostolicam cohortationem ministerio vestri oris accipite: quia vobis donatum est pro christo non solum vt in eum creditis sed etiam vt pro illo patiamini. Nolite arbitrari dilectissimiq̄ sanctae ecclesie suae deficit aut defutatur sit diuina protectio. Splendescit enim fidei puritas cum ab ea sorores separantur errorum. Vnde iterum iterūq̄ vos ante conspectum domini obtestamur pariter & monemus: vt a fide in qua fundati estis & in qua christianissimi principiē nouimus permanere: non insidiis/non cuiusq̄ persuationibus moueamini: sed in personam episcopi vestri illum in cordis oculis habeatis: pro quo idem omnia pati que fuerint illata non metuit: cuius per omnia imitatores vos esse cupimus: vt communie cum ipso premium fidei habere possitis. Data idus octobris Asturio Protagenę consulibus.

Leonis papæ

Item Leo papa ad Anastatium episco-  
pum Thessalonicensem.  
Epistola. LXXX.

**V**antum relatione Hylarissi diaconi nostri cognoui-  
mus magnum facinus Alexandrino episcopo au-  
ctore vel executore commissum est: ut dum in fra-  
trem nostrum Flauianum veteres emulationes & odia pri-  
uata desequiunt / nec innocentie probatissimi sacerdotis / nec  
christianæ fidei parceretur. Vnde multum dilectioni tuę co-  
gratulamur q̄ te ad illam synodum ire cupientem opportu-  
nis obstatulis manu diuinā obtinuit. Ne abstenturus pro-  
cul dubio a tāto scelere indignis iniuriis subiaceres: & furio-  
ri impio militibus q̄tum didicimus armisq; suffulto corrā-  
stre non posses. Quia ergo prorupit in apertum perfidia que-  
latebat: & in nefandissimam heresim vnius imperitissimile-  
nis assecle transierūt: tempus probationis nostræ debemus  
agnoscere: & contra impetus aduersantium munitionibus  
celestibus frēti incommutabilis animi constantiam prepa-  
rare. Scimus frater charissime quia sacramento magnę pie-  
tatis suę aderit diuina protectio. Si quid igitur fraternitat-  
tuę de impiis cōstitutionibus fuerit ingestum: protestamus  
pariter ac monemus: ne vel in damnationem fratris inson-  
dis: vel in receptione nefarii dogmatis consensum tuī cora-  
dis immisceas. Maior est enim qui in nobis est q̄ qui aduer-  
sus nos. Annite potius q̄tum te ipse naturae nostrę suscep-  
tor & glorificator adiuuerit ut omnium fratrum nostros  
rum corda confirmes. Nobis enim ab euangelio generatio-  
nis & mortis ac resurrectionis domini nostri Iesu christi nu-  
latenus recentibus / diffinitissimum est in nostrę commu-  
nionis numero non futuros eos qui conātur antiqua cathe-

lice fidei fundamēta conuellere. Data tertio Idus Octobris  
Asturio & Protogenē consulibus,

Item eiusdem Ad Theodo-  
sium Augustum.  
Epistola. LXXXI.

**R**o integritate fidei catholicæ Christianissimum  
principem conuenit esse sollicitum: & hoc inde-  
cessis precibus diuinam misericordiam posco ut  
cordi vestro id quod est veritatis inspiret: neq; fal-  
li vos in aliquo humanarum emulatione patiatur. A me au-  
tem atq; ab omnibus catholicis sacerdoribus quæ euange-  
licæ fidei pietas defendatur: satis plene ac lucide litteris me-  
is quas clementiam vestram iandudum per famulum ve-  
strum Epiphanium tribunum qui pro hac causa missus est  
arbitror accepisse. Ratum est nec ambigī potest hoc nos pu-  
nissime credere: hoc constāter afferere quod etiam veneran-  
di patres quondam apud Niceam congregati secundum fi-  
ctoriā symboli credendum & confitendum sacratissima au-  
toritate sanxerunt. Nō enim venerabilis imperator sicut  
Nestorii dogma peruersum merito Anathematizauimus:  
Ita iuste etiam horum impietatem qui veritatem carnis no-  
stre negāt a domino Iesu Christo susceptam esse damnamus.  
Vnde si pietas vestra suggestioni ac supplicationi nostræ  
dignetur annuere: vt intra Italiam haberi iubatis episco-  
pale concilium: cito (auxiliante deo) poterunt omnia scan-  
dala quæ perturbationem totius ecclesiæ sunt commota re-  
secari: vt per vniuersum regnum vestrum catholicæ fidei  
integritatem seruata: & pacem christianam manere: & vestrā  
apud deum crescere gloriam gaudeamus. Data octavo Ca-  
lendas Junias Asturio & Protogene consulibus.

Leonis pape

Epistola,LXXXII.

Eiusdē ad Flauianū Cōstantinopolitanū ep̄mī.

**V**& quāta dilectio tua p̄ catholicę fidei defensione patiā: per diaconū qui ab Epheso furtim ellapsus: cognouim⁹. Et licet magnificem⁹ deū qui te gratię suę virtute cōfortat: necesse est tñ nos dolere eoz ruinas: per quos veritás impugnatur: & ipsa totius ecclie fundamenta quatunt. Quia vero p̄uidentia dei semp suis necessariū p̄estat auxilium: scire debet fraternitas tua nos pro cōmuni causa nihil eoꝝ que agēda sunt p̄terire: vt p̄misus ad ea quæ vniuersitatē fidelitū p̄sint: puenire mereamur. Sin est vt fortiter interim dilectio tua tolleret: que fibi ad æternam gloriam non dubitat profutura. Per latōr fane breuīs hui⁹ ep̄stole fidei sermone poterit enarrare quicquid illud est: ad quod adiuuante dño: studio fidei & charitaris intendimus. Data tertio Calēdas octobris: Asturio & Protagene consulibus.

Epistola,LXXXIII.

Cuius superior ad Iulianum episcopum.

**O**gnitis quæ apud Ephesum vnius hominis præsumptione sunt gesta: magno quidem dolore affici sumus: de his que impiè furioseque cōmissa sunt: sed ad dñm nostrū aios dirigentes: multā fiduciā ab ipsa quam sequimur veritate concipimus: nō omittentes omnia agere: que auxiliante dei gratia credimus profutura. Tendimus ergo nobis est quod tenemus: & saeuiente vnius turbulēti procella serenissima fidei est amplectenda tranquillitas donec radios suos veritas per vniuersa diffundat: & caligine nem infidelitatis consumat. Que autem disposita sunt per latōris sermonē agnosces. Data tertio idus octobris: Asturio & Protagene consulibus.

Leo ad Faustum & ceteros Archimandritas Constantiopolis.

Epistola,LXXXIII.

Leo & sancta synodus quæ in urbe Roma conuenit: Fausto: Martino: Petro: & Magno: & Heliax presbytero: & Archimandritis constantinopolitanis: dilectissimis filiis: in dñō: Salutem

**V**āuis ea quæ ad Constantinopolitanam ecclesiā scripsimus: sollicitudinem deuotionis vestre late re nō possunt: tamen etiam specialibus dilectionē vestram litteris cohortādam esse credidimus: vt memores sancte professionis vestre quę proprie ī fide & charitate cōfisiūt: omnia scanda la quæ contra pacem ecclesiae orta sunt: a vestris cordibus repellatis; beatī apostolī sententiam pia mēte retinentes. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis: anathema sit: custodientes vnitatem cum fratre nostro Flauiano episcopo: quem ad tempus domini⁹ per misit impiorum factio ne tēptari: vt probatum sibi sacerdotem suum perseuerantē merito faceret clariorem. Hę autē perturbationes: necesse est auxiliante dei gratia celestiter defruātur: & oē qđ reprobum est ab ecclesiē puritate: quę nec maculā nec rugā recipit: respuatur: maxime cum ab insana imperitia ī hoc vsc⁹ præruptum sit: vt contra sacramē tum salutis humanæ incarnatiōis domini nostri Iesu Christi veritas denegetur: atq⁹ antiqua fidei p̄dicator atq⁹ defensor: qui anō acquieuit blasphemias: quas olim sancti patres nostri ī multis haeticis damnuere: subiiciatur ī iuriis: In quo utiq⁹ omnium domini sacerdotum reverentia ceditur: & vniuersa corporis Christi membra pulsantur. Sed quia gloriosum nobis est quicquid nos pati deus voluerit: proveritate tolerare: in consortium vos patientē paternis exhortationibus aduocamus. vt per dilectionem vestram: omnibus deo seruientibus: quæ scripsimus īnotescant: & inimicis euangeli resistentes: nec pastoris vestri dilectio-

Leonis papæ

ne m:nec vñitatem catholicae fidei deseratis. Quoniam ea  
quaꝝ in Epheso nuper contra iustitiam vel canonū disciplina  
nam per vniꝝ hominis impudicitiam gesta sunt; nulla catho  
licę fidei ratio rata esse permittitur. Data octavo idus octo  
bris: Asturio & Protogene cōsulibus,

Epistola. LXXXV.

Item Leonis ad Martinum presbyterum.

**G**ratias agimus deo: & nultā fiduciam piaꝝ exulta  
tionis accepim⁹: cum dilectionem tuam & catho  
licam fraternitatē: ita spiritu fidei vigere co  
gnoscimus: vt cordibus vestris nihil infirmitatis hereti  
ca possit inferre temptatioꝝ: ad quam diuinitus destruens  
nec defuit (vt scitis) sollicitudo nostra: nec deerit: donec oī  
potentis dextera om̄ia diaboliarma cōfringat. Cui ob hoc  
aliquid audere permittitur: vt a fidelibus Christi gloriam  
fore vincat. Si quid autem difficultati interuenit aut mo  
rarum: cū equanimitate tolerādum est: quoniam vbi veritas  
est magistra: nunq̄ desunt diuina solatia fratres charissimi.  
Quis ergo magna locorum interualla nos diuident vni  
te tamen fidei vobiscum sum⁹: & toto corde Iesum Christum  
dominū nostrum verum deum & verum hominem confi  
entes: nulla in vobis detrimenta perpetimur: cū de vestra  
professionis cōcordia gloriamur: tantum vt sit auxiliante  
domino constantia perseverans: dicente apostolo. Vobis  
enim datum est pro Christo non solum vt in eum credatis  
sed etiam vt pro illo patiamini. Ad quam fortitudinem fa  
ctarum mētium roborandam: fratres nostros atq; legatos  
quos pro apostolicę fidei libertate direximus: & quos du  
dum apud vos esse confidimus: plurimum credimus profi  
tuos: cum totius actionis nostrę didiceritis affectum: & cu  
ram vestram atq; consilium operi iunxeritis: de qua re non  
neccesse est nūc latius scribere: cum iam per supradictos suos

Epistol æ.

Fo.CXIII.

sicientes epistolas miserimus: quibus abundatissime omnis  
catholica fraternitas instruatur: diuinè erit virtutis & gra-  
tie: vt dei filii qui naturam humani generis suam fecit: am-  
plius quam videmus: aut sapimus: magnum pietatis suæ asse-  
rat sacramentum: quod impia temeritas sibi quidem frau-  
dauit: sed rectis cordibus non potuit. Data idus septembri  
Valentiniano & Auennio cōsulibus.

Epistola.LXXXVI.

Eiusdem ad Martianum Augustum

**I**tteras pietatis vestre accepisse me gaudeo: & ad  
significationem totius prosperitatis pertinere co-  
gnosco: cum sermones vestri vos faciant integrum  
tate securos. Quantas itaque claretie vestre gratias refera-  
mus: non ex verbis nostris: sed ex beneficiis vestris: quæ ecclæ  
elesie contulisti: agnoscite: non ambigentes qualem illum  
retributorem in omnibus habeatis: pro cuius estis tam pia  
religione sollicitus: & qui vos (vt res ipsa demonstrat) ad  
hoc ut fides catholica ab insidiis inimicorum suorum defen-  
deretur: elegit. Haec a me nūc breviter per fratris mei Ana-  
tholii clericos pietas vestra dignanter accipiat. Pleniora au-  
tem de omnibus quæ ad curam meam pro statu ecclesiarii  
& concordia pertinent dominis sacerdotum: per legatos no-  
stros scripta direximus. Data id<sup>9</sup> aprilis: Adelphio cōsule.

Epistola.LXXXVII.

Cuius supra ad lulianum episcopum.

 Itteras fraternitatē tuę per filios nostros Cōstāti  
nopolitanos clericos nuntias tuę salutis accepis:  
quibus te magnis tribulationibus grauatum fuis  
se significas: cum utique non defuerit materia sollicitudini  
& laboribus / que inter procaces catholicę fidei aduersaries  
inheretem veritati animum fatigarent: idque: vt scribis: fuerit:

P.ii

Leonis papæ

animo ut per occasionem necessitatis & nobis te & patrem presentares. Quod vero futurum speraueram: ut apertius omnium hetericorum ambages tuo ore cognoscerem. Sed gratias deo quia ita iconimitas tua & ecclesiæ causa profecit: ut liberum tibi fuerit apud eos interim degere quorum nobis probabilis consensus innotuit: sicut & fratris Anatholii scripta profitentur: & gesta que apud ipsum coram nostris sunt confecta demonstrant fratribus remeantibus. Ergo predictis inflationibus vicissitudinē reddo: & ut contra falsitatis astutias perseverantē diligentiam teneas fidenter exhortor: cū tibi ad hoc & tuus animus & nostra auctoritas suffragetur: quoniam licet de multis meliora indicata sunt quod scilicet doleant se deceptos: & damnata perfidia cum authoribus suis gratiam nostræ communioñis exposcant: quod nos a deo liberter accepimus redditur: his hanc quam desiderat communio nem cum promissa compleuerit: quosdam persistere in sua obduratione cognouimus: quos oportet distictius compirmi: si nequeūt benignitate sanari. Ad quam rem nostros post diem venerabilem dirigemus: qui tecum participato conilio ea que a nobis constituta fuerint exequantur. Data iudicis Aprilis Adelfio viro clarissimo consule.

Leo ad pulcherrimā Augustam,  
Epistola. LXXXVIII.

**R**eligiosam pietatis vestre sollicitudinem qua vniuerso mundo deo inspirante consulitis / crebrioribus alloquiis incitare presumo: ut operum vestrorum perfectum necessaria perfectio subsequatur: ac sicut de statu constantinopolitanæ ecclesiæ gratulamur: cuius & sacerdos & populus catholicæ puritatris fidem iam tenere cognoscitur: ita etiam aliorum concors nobiscum sit de verbi incarnatione confessio. Vnde quod facturum me alii littere

tis indicaueram Lucensem episcopum: & Basilium presby-  
 terum fratres meos dirigere preparauit: qui dispositioes me  
 as fratris mei Anatholii deuotione sociata secundum eas  
 quas acceperunt regulas exequantur. Sicut enim prædicti  
 episcopis scriptis: & clericorum eius suggestio patefactum  
 est: multa sunt quæ indulgentius sunt curanda: multa quæ  
 iustius cohercenda: vt in causa tantæ perturbationis: nec  
 districtio nimis sit aspera: nec remissio parum cauta: quum  
 aliud satisfacientibus: aliud pertinacibus debeatur. Offer-  
 tur ergo pietati vestrae digna materia: quæ placitam domi-  
 nocuram sancti cordis exerceat: & precedentium meritoru-  
 coronas etiam de presentis erroris abolitione multiplicet.  
 Sicut enim Nestoriana impietas: ita & Euthiciania blasphe-  
 mia ab omnium est catholicorum eliminanda consortio.  
 Quia tam impium est cōsubstantiale & cōsempiternam  
 Patri filii deitatem etiā ex utero virginis matris partu edi-  
 tam negare corporeo: q̄ vnam in dei filio post incarnationis  
 sacramētum affirmare naturam: vt scilicet aut huma-  
 nitas eius refutetur: aut deitas: cum vniōne utriusq; essen-  
 tiæ: nec altera sit in alterutram versa: nec assumpta in assu-  
 mente finita. Sed & verbi incommutabilitas: & carnis atq;  
 animæ veritas maneat inseparabiliter in unitate personæ  
 quod: qui testificante lege/credentibus patriarchis/annue-  
 tibus prophetis/prædicante euangelio/docētibus apostolis:  
 & toto mundo confitente non credunt: extra sacramentū  
 corporis Christi: extra unitatem sunt nominis Christiani.  
 Quorū sicut ruinā dolemus: ita pſidiā detestamur. Ut autē  
 cīca talium psonas syncerū seruet vbiq; iudiciū: & aliud corre-  
 ctis: aliud p̄tinacibus rependa: vestra pietas nostros qui ab  
 apostolica ſede ſunt missi fouere dignet: eorūq; oēs quas in  
 iunxit adiuuet actiones: quo cītius ac facilius auxiliāte  
 dñō quæ ad vestrā gloriā: & ad totius ecclesię pacē pficiāt  
 exequātur: De Euthice autē totius scādalī & prauitatis au-

Leonis papæ.

etore: hoc clæmētia vestra præcipiat: vt ab eo loco quī Constantīopolitanæ vrbī nīmis vicinus est: lōgius transserat: ne frequētioribus solatiis eorū quos ad impietatē suam traxit: vt atur: Monasterio quoq; ipsius cui perniciose īdigne q; præsedit: catholicū abbatem īubere præponi: quī illam seruorum dei cōgregationem: & a prauo dogmate liberare: & Institutis veritatis possit ībuere. Data idus lunii Adelphio viro clarissimo consule.

Epistola. LXXXIX.

Item eiusdem ad Anatholium episcopum

 D declinandam erroris macilam: qua nonnullas aut Nestoriana impietas: aut Euthiciana labefactauit insania: laudabilem curam filii nostri Balilius & Ioannes presbyteri suæ æstimationis habuerunt: vt inter pugnatia dogmata falsitatē: vera catholicæ fidei pacem gauderent. Si quidem lōginquo peregrinationis labore fusce pto: sensum cordis sui in apostolica sede patefecere: dannates utramq; heresim: quarum supra fecimus mentionē: & de incarnatione dñi nostri Iesu Christi: non aliud recipiētis: quod instruente sancto spiritu & didicimus & docem⁹. Per hos ergo frater charissime cū testimonio nostro ad propria reuertētes: dilectioni tuæ nostra scripta díreximus: fidenter orantes: vt quī gratia apostolicæ cōmunionis ornantur etiam tuo fauore per oīa se gaudeant adiuuari. Data decimo tertio Calēdas Iulii Adelphio viro clarissimo consule.

Epistola. XC.

Cuius supra ad Martianum Augustum.

 Redebamus clæmētiā vestram id desiderionō: stro posse præstare: vt p̄sentī necessitate respecta: differri ad opportunius tēpus sacerdotalem synodū iuberetis: vt vocatis de cunctis p̄uinciis sacerdotibus vere posset esse vniuersale cōciliū. Sed quia vos amore catholicæ fidei cōgregationem nunc fieri voluistis: ne deuoto

obuiare viderer arbitrio: fratrem & coepiscopū meū Pascha  
 sum de eadem pūicia quē videtur esse securior euocatum  
 qui vicē præsentię mē possit implere dixerī: Bonifacio fra-  
 tre nostro & compresbytero sociato: & his quos antea mis-  
 ramus adiunctis: consortem illis fratre quoq; meum Iulia-  
 num addentes episcopū: quos ea moderatiōe vniuersa dño  
 auxiliāte credimus esse gesturos: vt quęcūq; in quęrelam p-  
 turbationemq; venerunt: ad vnitatē pacis & fidei cōpressa  
 oī diffensione reuocent: nec vllum in aliquoq; cordib⁹ sacer-  
 dotum: vel Nestorianę: vel Euthicianę impietatis vestigia  
 relinquaſt: qm̄ catholica fides quā instruente nos spiritu dei  
 per sanctos patres a beatis apostolis didicimus & docemus  
 neutrū subrepere permittat errorem. Si quid ergo morborū  
 siquid est vulnerū: quod syncera possit correctiōe curari: vt  
 ad veram sanitatem reuocetur: optamus. Quę tunc vtiq;  
 non erat dubia: nec cuiusq; simplicitati deinceps nocitura:  
 si nullus se excusationib⁹ voluerit obumbrare: cum absolu-  
 tionem peccati non obtineat: niſi vera cōfessio. Quia vera  
 quidam de fratribus (quod sine dolore non dicimus) con-  
 tra turbines falsitatis non valuere catholicam tenere con-  
 stātiam: prædictum fratrem & coepiscopum meū vice meā  
 synodo cōuenit præsidere: certus q; absq; odio & gratia ibi  
 dem ab his quibus hoc commisimus laboreſt: vt cum solius  
 hereticę impietatis excidio in omnibus ecclesiis dei veritas  
 regnet & charitas. Dara sexto Calendas Iulii: Adelphio vi-  
 ro clarissimo consule.

## Epistola.XCI.

Cuius supra ad Pulcherrimam Augustam.


 Vamuis nullas nunc litteras tuę pietatis accepe-  
 rim: scribēte tamē glorioſissimo principe: nō aliter  
 dignatione ipſi⁹ ſum gauſius: q; ſi mihi etiā tuę ſe-  
 renitatis redderenſt alloquia. Vnde cōſuetudinē me debitā  
 mei officiū oportuit custodire: per quā ſignificare clemētia

Leonis papæ.

Vestræ absolute me gaudere / & incessabilibus a deo preci-  
bus postulare ut vos & romanæ reipublicæ & catholicæ ecclæ  
siæ in omni prosperitate cōseruet. De vigore autem fidei ve-  
stræ quo indefinenter domino sacrificiū laudis offertis quā-  
tas deo gratias agam enarrare nō valeo: quoniam principia  
bus temporis nostri non solum potētiam regiam/sed etiam  
sacerdotalē cognoscimus inesse doctrinam. Indicante enim  
fratre meo Iuliano episcopo/ peruenerūt ad nos in exempla-  
ribus præceptionum vestrarum saluberrimæ sanctiones quib-  
us insaniam imperitiam monachorum dignati estis parcē-  
do plectere & docendo punire: ut si eos ad poenitentiam mi-  
seratio diuina cōuerterit: multis lachrymis & a nefandis cœ-  
dibus & ab hereticorum blasphemias diluantur. Quod ve-  
ro piissimus imperator ad omnes episcopos qui calchedonē  
si synodo interfuerere/voluit me scripta dirigere: quibus qua-  
llīc de fidei sunt: regula definita firmarem: libenter imple-  
ui: ne fallax cuiusq; simulatio sententiam meam haberi vela-  
let incertam: cum per constantinopolitanum episcopū cui  
lētitiam meam largiter indicauī/ in omnium potuerit nori-  
tiam peruenire quod scripsoram: nisi maluisset meum gau-  
dium tacete q; repulsam sui ambitus publicare: fratri & co-  
episcopo meo Iuliano cui sollicitudinem meā in cauam fla-  
dei delegauī: rogo vt eam fiduciam præbere dignemini qua-  
pietati vestræ possit quæ vniuersali ecclesiæ sint profutura  
suggerere. Data duodecimo Calendas Aprilis Opilione vi  
ro clarissimo consule.

Epistola Leonis papæ ad maximū Anthiochæ  
num episcopum. CII.



Vantum dilectioni tuæ placeat cōmuniſ fidei fa-  
ciatissima vnitas & pacis ecclesiasticæ trāquilla cō-  
cordia: litterarum tuarum textus ostēdit: quas ad

nos filii nostri Marinian⁹ presbyter & Olimpi⁹ diacon⁹ de-  
tulere: eo nobis gratiores quod per ipsas alloquia alterna mi-  
scem⁹: & magis magis q̄ innotescere gratiam dei: qua sit vt  
per totum mūdum de manifesto catholicę veritatis lumi-  
ne gaudeat. Q̄uis (quod multū dolem⁹) quidam adhuc  
sicut sermo īdicat: nunciorū tenebras suas diligār: & cum  
vbisq̄ diei splendor exortus sit etiam nunc cecitatis suae de-  
lectent obſcuro: & perdita fides solo & vacuo remāserint no-  
mine christiani/ non habentes intelligentiam quo errore ab  
errore discernant / & blasphemiam Nestorii ab Euthicis im-  
pietate distinguāt. Nec enim īdeo excusabilis videri aliqua  
eorum falsitas poteſt quia ipsi sunt ī sua peruerſitate con-  
trarii: Nam cum Nestorium Euthicetis discipuli detesten-  
tur/ & Euthicen anathematizēt Nestorii ſectatores: catho-  
licorum iudicio pars vrraq̄ damnatur: & amb̄ simul hære-  
ſes a corpore ecclesiæ reſecantur: quia neutra falsitas nobis  
cum poteſt habere concordiam. Nec interefit quo sacrilegio  
ab incarnatiōis dominice veritate diſcordent/dum id quod  
prauifime ſentiunt nec auctoritas euangelii: nec ratio reci-  
piat sacramentū. Et īdeo frater charifime oportet dīlectio-  
nem tuam toto corde perfpicere cuius ecclesię gubernacu-  
lis te dominus voluerit p̄fividere: & eius meminifſe doctri-  
ne: quā p̄cipiuſ apostolorum omnium beatissimus Petri⁹  
per totum mūdum quidem vnliformi p̄dicatione: ſed ſpe-  
ciali magiſterio ī anthiochena & romana vrbe fundauit:  
vt illum in ſuę glorificationis domiſilio p̄eminentem: ea  
intelligas reposcere iſtituta quæ tradidit ſicut ab ipſa quā  
confeffus eſt veritate ſuſcepit. Neq; vllomodo ſinas in oriē-  
talibus ecclesiis maximęq; ī hiſ quas anthiochenę ſedi ſa-  
cratissimorum patrum niſenī canones deputare ab impro-  
biſ hereticis euangelio resultari: & vel Nestorii vel euthice-  
ris a quoqua dogma defendi. Quoniam (ſicut dixi) catholicę  
fidei petra: cuius cognomen beatus apostolus petrus ſum

psit: a domino nullum recipit ab utraq; impietate vestigiss;  
sed euiderter atq; perspicue & Nestoriū anathematizat: qui  
verbi carnisq; naturam in beatę virginis cōfunctione sc̄iun-  
gens/vnūq; christum in duos diuidēs/aliam deitatis; & alia  
humanitatis voluit esse personam: cum omnino vnuſ idēo  
q; sit: qui & secundum sempiternam deitatē de patre et na-  
tus sine tempore: & de matte natus in tēpore: Et Euthicen  
similiter execratur qui in domino Iesu Christo veritatem hu-  
manę carnis euacuā sīpsum verbum in carnem asserit trāſ-  
formatum: vt nasci: nutriti: pſicere: pati: mori atq; ſepeliri  
& die tertio ſuscitari/ſolius fuerit deitatis: quae ſeruiliſ for-  
mę non veritatem ſuſcepereſit/ſed figuram. Summa itaq; vi-  
gilantia cautum te esse conuenit ne quid ſibi heretica pra-  
uitas audeat vendicare: cū tē deceat hīſ ſacerdotali aucto-  
ritate refiſtere: noſq; ſepiuſ de profectu ecclesiātū tuis re-  
lationib; quid agatur inſtruere. Dignum eſt enim te apo-  
ſtolicę ſediſ in hac ſollicitudine conſortem & ad augendā fi-  
duciam priuilegia tertie ſediſ agnoscere: i nullo cuiuſq; am-  
bitione minuentur: quia tanta apud me eſt Nicenorum ca-  
nonum reuerentia: vt ea quę ſunt a sanctis patribus conſi-  
tuta/ nec permiferim nec patiar aliqua nouitate violari. Et  
ſi enim diuerſa nonnunq; ſunt merita præſulum: tamē tura  
permanent ſediū quibus poſſunt emuli perturbationem  
aliquam fortassis inſerre non tamen poſſunt minuere digni-  
tatem. Vnde cum aliquid pro Anthiochenę ecclesię priuile-  
giis dilectio tua agendum eſſe crediderit propriis litteris  
ſtudeat explicare: & vt nos consultationi tuę absolute & cō-  
grue respondere poſſumus. Nunc autem ad omnia genera  
liter pronūciare ſufficiat quod ſi quid a quoq; cōtra Niceno-  
rum canonum ſtatuta in qua cunq; synodo vel tēratum eſt  
vel ad tempus videtur exortum: nihil preiudicii poſteſt in-  
uiolabilib; inſerre decretis: & facilius erit quarūlibet con-

ensionum pactum dissoluī q̄ predicatorum canonum regula ex vlla parte corrupti. Subrependi enim occasiones nō pretermittit ambitio: & quotiens ob īcurrentes causas generalis congregatio facta fuerit sacerdotum / difficile est vt cupiditas improborum non aliquid supra mensuram suam moliatur appetere. Sicut etiam de Ephesina synodo quę impium Nestorium cum dogmate suo perculit: Iuuenalis ep̄scopus ad obtinendum palestīnē prouincię principatū cre-didit se posse sufficere: & insolentes ausus per commentitia scripta firmare: quod sanctæ memorię Cyrillus Alexandri-nus episcopus merito perhorrescens scriptis suis mihi quid prædicta cupiditas ausa sit indicauit / & sollicita prece mul-tum poposcit vt nulla illicitis conatibus præberetur assen-sio. Nam cuius epistolæ ad nos exemplaria direxisti sanctæ memorię Cyrilli eam in nostro scrinio requisitam nos auten-ticam noueris reperisse: hoc tamen proprium diffinitionis meę est vt quantumlibet numerus sacerdotum amplior alii quid per quorundam surreptionem decernat quod illis tre-centorum decem & octo constitutionibus īueniatur aduersum / id iustitię consideratione cassetur quonsam vniuer-se pacis tranquillitas non aliter poterit custodiri / nisi sua cā nonibus reuerētia intemerata feruetur. Si quid sane ab his fratribus quod ad sanctam synodum vice mea nisi præter id quod ad causam fidei pertinebat gestum esse perhibetur nullius erit penit⁹ infirmitatis; quia ad hoc tantum ab apostolica sede sunt directi vt excussis hæresibus catholice es-sent fidel defensores. Quicquid enim præter speciales cau-sas synodalium conciliorum ad examē ep̄scopale desertur potest aliquā diiudicandi habere rationem / si nihil de eo est a sanctis patrib⁹ apud Nicæam diffinitum. Nam quod ab il-lorum regulis constitutione discordat apostolice sedis nūq̄

obtinebit cōsensum. Quanta vero hoc diligentia custodia  
tur: a nobis exēclarib⁹ eius epistolæ quā ad Cōstantinopo-  
litani episcopū refrēnantes ipsi⁹ cupiditatē dīrēxim⁹ in-  
strueris: quā in oīm fratrib⁹ & sacerdotum nostror⁹ facias  
notitiam puenire: vt nouerint pacem ecclesiasticā per con-  
cordiā deo placitā debere seruari. Illud quoq⁹ dilectionem  
tuam cōuenit præcauete: vt prēter eos qui sunt dñi facer-  
dotes: nullus sibi ius docendi & prēdicandi audeat vendi-  
care: siue sitille monachus: siue sit laicus: qui alicuius scie-  
tię nomię gloriatur. Quia et si optandum est: vt omnes ec-  
clesiæ filii quæ recta & sana sunt sapiant: non tamē permit-  
tendum est: vt quisq⁹ extra sacerdotalem ordinem cōstitutus  
gradum sibi p̄dicatoris assumat: cum in ecclesia dei oīa ora-  
dinata esse conueniat: vt in vno Christi corpore & excellē-  
tiora membra suum officium impleant: & inferiora superio-  
ribus nō resultent: Data tertio idus lunii: Opilione viro cla-  
rissimo consule.

## Epistola, XCIII.

Cuius supra ad Leonem Augustum.

**O**ficiis quę ad gratulationem imperiū vestri per-  
nent persolutis: etiam hanc paginam necessaria-  
supplicationis adieci: qua catholicae fidei diuiniz-  
tus prēparatum fauoris vestri posco præsidium. Nam talia  
in Alexadrina ecclesia perpetrata fratris & coepiscopi mei  
Anatholii relatione cognoui: vt omnis Christiana religio  
sentiat: se impeti: atq⁹ violari: nisi vniuersali fidei vestra de-  
uotione prospiciatur: & memoratę ecclesiæ quę antea ca-  
tholicis fuit clara: doctoribus reddatur Christiana libertas  
vt cessantibus hereticorum impugnationibus: euangelica  
doctrina quę illic ante Dioscorum viguit: vnitा cum rotis  
us ecclesiæ pace reperetur. Quod opus virtutibus vestris  
glorięq⁹ conueniens: celerem & deo placitum habebit eſz

fectum / si apud sanctam calchedonēsem synodum de domi-  
ni christi incarnatione firmata / nulla permiseritis retractio-  
ne pulsari . Quia in illo concilio per spiritum sanctum con-  
gregato tam plenis atque perfectis diffinitionibus cuncta fir-  
mata sunt / ut nihil ei regulē quę ex diuina inspiratione pro-  
lata est aut addi possit aut niniui . Hoc autem etiam apud cle-  
mentię vestrę scientiam non ambigimus esse perspicuum : si  
quidem ut multorum anterelatione comperimus / molitio-  
nes hereticorū quę contra predictę synodū auctoritatem cō-  
nabantur assurgere / nihil ex hoc permiseritis audere . Vnde  
quod negādum illis sponte vidiſtis gloriosum vobis est vni  
uersali ecclesię me suspicante concedere : & incommutabili  
ter perpetueque preſtare : ut quę secundum euangelium chri-  
sti & predicationis euangelicę veritatem omnibus retro ſe-  
culis / vna fide vnaque intelligentia roborata sunt / nullavite-  
rius posint actione cōuelli . Prout ergo misericordia dei cō-  
filio spiritus sui mentem vestrā pietatis instruxerit : sanctę  
primitus Alexandrinę ecclesię pacis reparatiōne consulite :  
& per catholicos sacerdotes talem prouideri iubete pōtifi-  
cam in quo & in actuum probitate & in fidei perfectione ni-  
hil possit reprehensibile reperiī : ut omnibus rite composi-  
tis eadem utique ferueretur predicatione veritatis . Data quinto  
idus Iunii : Conſtāte & Rufo consulibus .

Eiusdem ad Leonem Augustum .

Epistola . XCIII .

 Icet proxime ad clementiam vestram gemina scri-  
pta direxerim / quorum vnum debitum salutatio-  
nis impleret / aliud prostatu ecclesię supplicaret :  
tamen occasione quę deo prouidente se prebuī iterari utru-  
que conuenit . Secundum ergo fiduciam illam quam ex dei in-  
spiratione vniuersali ecclesię preſtitisti ante cuiusque preces  
constituendo quod maxime ab omnibus fuerat expetendū /  
non desinimus gratias agere / & prouidentiam dei infidei

Leonis papæ

vestre feruore benedicere/qui sancto & catholico spiritu/sicut  
fratris & coepiscopi mei anatholii sermone cognoui: Ita  
hereticorum impudetiae restitutis /vt profiteremini totius  
mundi pacé calchedonensis synodi vos esse custodē. Quod  
cum ex vestre fidei sententia saluberrime diffinītum sit: quā  
to studiosius vniuersali ecclesiē est conferendum /vt trans-  
quillitas fidei christianę etiam vestro proposit imperio:nec in  
probitas heretica in aliquo de suo molimine glorietur. Cu-  
ius pertinax insidiosa contentio illico conquiescat si impe-  
riali potestate frenetur. Data Calendas septembbris. Cōstan-  
tio & Russo consulibus,

Item eiusdem ad eundem  
Epistola. XCIII.

**I**tteras clementię tuę plenas virtute fidei & lumi-  
ne veritatis veneranter accepi: quibus cuperem⁹  
in eo quod presentiam meam pietas vestrā necela-  
fariū existimat obedire /vt maiori fructu conspectum ves-  
tri splendoris assequerer: sed magis id yobis arbitror placia-  
turum quod eligendum ratio demonstrauit. Nam cum fan-  
cto spirituali⁹ studio vniuersam pacem ecclesiae munifac-  
tio nihilq; sit conuenientius fidei defendend⁹: q; hisque per om-  
nia instruente spiritu sancto irreprehensibiliter diffinita sunt  
inhērere ipsi bene videbimus statuta conuellere / & auctoritatis  
quas ecclesia vniuersalis amplexa est ad arbitrium her-  
eticę petitionis infringere / at q; ita nullum colligendis ec-  
clesias modum ponere/fed data licentia debellandi dilata-  
magis q; sospire certamina. Vnde quia post illas ephesina-  
nodi impietates quib⁹ Dioscoris scelere fides catholica refu-  
tata peruersitas Euthiciana suscepta est/nihil ad confirmationem  
fidei christianę utilius potuit ordinari / q; vt prædicti  
eti facinus sancta synodus calchedonensis aboleret: & tanca-

Illic haberetur cœlestis cura doctrinæ / vt nihil in cuiusq; op-  
nione resideret quod a prædicationibus vel propheticis vel  
apostolicis dissonaret / ea scilicet moderatione seruata vt re-  
bellibus tantum ac pertinacibus ab ecclesia vnitate reie-  
ctis / nulli correcto venia negaretur: quid probabili? / quid re-  
ligiosius poterit pietas vestra decernere q; vt quæ non tam  
humanis q; diuinis sunt statuta decretis: nullus vltra fina-  
tur impetrare: ne vere digni sint dei mun? amittere qui de ve-  
titate ipsius ausi fuerint dubitare! Cum ergo vniuersalis ec-  
clesia per illius præcipitalis petre edificationem facta sit pe-  
tra: & primus apostolorum beatissimus petrus voce domi-  
ni audierit / tu es petrus & super hanc petram edificabo ec-  
clesiam meam: quis est nisi aut antichrist? aut diabolus qui  
pulsare audeat inexpugnabilem veritatem / qui in malitia  
sua inconuertibilis perseuerans per vasa ire & sua apta falla-  
cie falso diligenter nomine dum veritatem se mentitur in-  
quirere / mendacia desiderat seminare: atq; contemnda-  
& vitanda merito sibi incontinentes furor & impietas cœca pre-  
scripsit / vt diabolico instructu quod in sanctam Alexandri-  
nam sequit ecclesiam: quales essent qui calchedonensem sy-  
nodum retractari cupiunt disceretur / in qua nullo modo ac-  
cedere potuit vt a vobis cōtra sanctam Nicenam synodum  
sentiretur / quod hæretici mentiuntur / qui se fidem nicensi  
concilii tenere configunt / in quo sancti & venerabiles pa-  
tres nostri cōtra Artium congregati / non carnem dominii /  
sed deitatem filii homousion patri esse firmauere! In calche-  
donensi autem concilio aduersum euthicianam impieta-  
tem definitum est: de substâlia virginis matris dominum  
Iesum christum sumpsisse nostri corporis veritatem. Apud  
christianissimum præcipitem igitur & inter christi prædica-  
tores digno honore numerandum vtor catholicæ fidei liber-  
tate: & ad consortium re apostolorum ac prophetarum sea-  
curus exhortor: vt cōstanter despicias ac repellas eos qui se

Christiano noīe priuatiere; nec patiaris īm̄p̄ios parricidas  
 sacrilega simulatiōe de fide agere; quos cōstat a fide deuia-  
 re. Cum enīm clemētiam tuam domin⁹ tanta sacramenti  
 sui illuminatione ditarerit; debes incunctanter aduertere  
 regiam potestatem tibi; non solum ad mundi régimen; sed  
 maxime ad ecclesiæ pr̄esidium esse collatam; vt ausus nefas-  
 tios comprimēdo; & quæ bene sunt statuta defendas; & ve-  
 ram pacem his quæ sunt turbata restituas; depellendo scili-  
 cet peruersores furis alieni; & antiquę fidei sedem Alexan-  
 drinę ecclesię reformādo; vt correctionib⁹ tuis dei tracūdias  
 mitigata; regiae antea ciuitati nō retribuat quæ admīssa sūt  
 sed remittat. Cōstitue ante oculos cordis tuī venerabilis fa-  
 perator om̄nes qui per totum orbem sunt domini sacerdo-  
 tes pro ea tibi fide in qua totius mūdi est redemptio suppli-  
 care; in qua te specialius ambītūt qui apostolicę fidei sectato-  
 res Alexadrinę ecclesiæ pr̄esedere; agētes apud pietatē turā  
 ne hæreticos hom̄es & merito pro sua peruersitate damna-  
 tos; vt̄ sua persuasione patiaminī; cum siue īm̄pietatem eti-  
 rorum aspicias; siue opus perpetrati furoris attendas; non  
 solum ad sacerdotii honorem admitti nequeant; sed ab ips⁹  
 so Christiano noīe mereātur abscondi. Nā quod exorata pie-  
 tatis vestræ venia dixerim; quodam cōtagio splēdore vē-  
 strę serenitatis obfuscant; cum sacrilegi parricidę id audet  
 ant petere; quod nec īnocētes liceat obtinere. Oblata sit  
 pietati vestræ preces; quarti exempla vestris litteris subdia-  
 distis; sed in his quæ catholicoꝝ sunt deplorantium subscri-  
 ptio cōtineat; & quia causa probabilis est; fiducialiter noīa  
 singulorū; vel dignitas sui honoris aperit. In illis autem  
 quas orthodoxoꝝ pr̄incipi heretica porr̄igere nō formidauit  
 obreptio; sub incerto cōfusae vnitatis vocabulo; ideo certi  
 nomen retrahitur; ne nō solum paucitas personarum; sed  
 etiam meritū detegatur. Latere enī sibi vtile estīmat eorū  
 quantitas; quorum est qualitas iudicata; nec īcongrue cu-

ius loci homines sunt: profiteri metuunt: qui mertiere dā  
nari. In una ergo catholicorum supplicatione continetur  
in alia haereticorum commenta panduntur. Hic sacerdo  
tum domini: & totius Christiani populi: ac monasteriorū  
defletur euersio: ibi immanum scelerum continuatio de  
monstratur: ut quod non licuit audiri: liceat dilatari. Nō  
ne perspicuum est quibus pietas vestra succurrere: & qui  
bus debeat obuiare: ne Alexandrina ecclesia quae semper  
fuit domus orationis: spelunca nunc sit latronum. Mani  
festum quippe est per crudelissimam insanissimamq; saui  
tiā: omne illic cœlestium sacramentorum lumen extin  
ctum. Intercepta est sacrificii oblatio: defecit chrismatis  
sanctificatio: & parricidalibus manibus impiorum omnia  
se subtraxere mysteria. Nec villo modo ambigi potest: qd  
de his decernendum sit: qui post nefanda sacrilegia: post  
sanguinem probatissimi sacerdotis effusum: & concrema  
ti corporis cinerem in contumeliam aeris cœliq; disper  
sum audent sibi ius perusæ dignitatis expetere: & aposto  
lice doctrinæ inuiolabilem fidem ad concilia prouocare.  
Magnum ergo vobis est: ut diadematū vestro de manu do  
mini etiam fidei addatur corona: & de hostibus ecclesiæ  
triumphetis: quia si laudabile vobis est aduersarum gen  
tium arma conterere: quanta erit gloria ab insanissimo ty  
ranno alexandrinam ecclesiam: in cuius contritione oīm  
Christianorum est iniuria liberare! Ut autem litteræ meæ  
pietati tuæ colloquium quasi præsentis exhibeant: quic  
quid de communī fide fueram suggesturus: scriptis prose  
quentibus insinuandum esse perspexi: ac ne huius episto  
læ pagina in nimam longitudinem tenderetur: aliis litte  
ris quæ assertioni catholicæ fidei congruunt compræhē  
di: ut licet ea quæ a sede apostolica sunt prædicata suffice  
rent: si fidias tamen haereticorum: etiam hęc quę sunt adie

Q

Eta reserarēt. Sacerdotalem namq; & apostolicum tuę pie  
tatis animum etiam hoc malum ad iustitiam vltionis de-  
bet accedere; quod Constantiopolitanę ecclesię purita-  
tem pestilenter obscurat; in qua inueniuntur quidam ha-  
reticorum clericū sensui consonantes; & intra ipsa catholi-  
corum viscera; assertionebus suis hereticos adiuuātes. In  
quibus deturbandis frater meus Anatholius cum nimis  
benigne parcit; segnior inuenitur. Dignamini profide ve-  
stra etiam ecclesię istam prestare medicinam; vt tales non  
solum ab ordine clericatus; sed etiam ab urbis habitatio-  
ne pellantur; ne ulterius sanctus dei populus peruersoru-  
homīnum contagio polluat. Cultores autem pietatis  
tuę Julianum episcopum; & Euthicum presbyteri mea  
petitione commendo; vt suggestiones eorum pro cathol-  
icę defensione fidei placide digneris audire; quia verę sum  
eiusmodi; vt fidei vestre possint per oia utiles iueniri. Da-  
ta Calendas nouembris; Constantino & Rufo viris claris  
simis consulibus.

## Epistola. XCV.

Item leo papa ad Pulcherrimam Augustam.  
QVantum sibi fiducię de fide vestre clementie ec-  
clesia dei debeat polliceri; multis probauimus sc-  
ipe documentis; dum sicut spiritus sancto docente  
didicisti; illi per omnia potestatem vestram subiicitis; cu-  
lus munere & protectione regnatis. Vnde quia contra in-  
tegritatem fidei Christianę dissensionem quandam in co-  
stantinopolitana ecclesia Euthice auctore generatam fra-  
tris & coepiscopi mei relatione cognoui; vt tortu' cause fo-  
ciem synodalium gestorum textus ostenderet; dignum no-  
ritę vestre est; vt error qui de imperitia magis q; de veritate  
natus est auferatur; priusq; villas vires de consensu impru-  
dentium pertinacia prauitatis acquirat. Nam quantum

Nestori<sup>9</sup> a veritate excidit: dū dominū Iesum Christū de  
matre virginē hoīem solum afferit natum: tantū etiā hīc  
a catholico tramite deuiauit: qui de eadē virginē editum  
non nostrē credidit esse naturę: vt q̄ formam serui gessit:  
q̄ nostri similiſ fuit atq; conformis: quēdam nostrē carnis  
fuerit imago: nō veritas. Nihil autem prodest dominum  
nostrum beatæ marie virginis filium hominē dicere: si nō  
illius generis atq; seminis homo credit: cuius in ipso euā  
gelii exordio prēdicat. Vnde multū doleo: multūq; cona  
tristor: q̄ hic qui ante de humilitatis pposito laudabilisvī  
debat: cōtra vnicā spem nostrā: patrūq; nostroq;: vana &  
& nimis peruersa audet astruere: qui cū videret insipietię  
sue sensum catholicis aurib⁹ displicere: reuocare se a sua  
opinione debuerat: ne ita ecclesię præsules cōmoueret: vt  
sententiā dānatiōis exciperet. Quā vtiq; si in suo sensu vo  
luerit permanere: null⁹ poterit relaxare. Sedis em̄ apostoli  
ce moderatio hāc tēperantia seruat: vt & seuetius agat cū  
obduratis: & veniā cupiat præstare correctis. Quia ergo  
mīhi multa fiducia est de pietatis vestre syncerissima fide  
obsecro clēmentiā vestrā: vt sicut sancto studio tuo catho  
lica p̄dicatione semp adiuta est: ita nunc quoq; eiusdē libera  
tati. Nō em̄ portiunctula aliqua fidei nostrę que minus lu  
cide sit clara pulsat: Sed hoc imperita resultatio audet in  
cessere: quod dñs in ecclesia sua neminē voluit ignorare.  
Et ideo pro vestre pietatis cōsuetudine elaborare dignemī  
ni: vt cōtra singulare sacramentū salutis humanę: qđ blas  
phemia insipietia p̄trulit: ab oīm animis repellaat: ac si ipse  
qui in hac tēptatiōe incidit resipiscat: ira vt qđ male sen  
serat p̄pria voce & subscriptiōe condemnet: cōmunio illi  
sui ordinis reformet. Quod etiā fratri & coepiscopo meo  
Flauiano me clēmentia vestra cognoscat: & his quos misi  
mus delegasse: vt veniam concedatur: si error aboletur. Ne

IXXVII Leonis papæ.

autem piissimi principis dispositioni quæ episcopale concilium voluit congregari nostra videretur presentia defuisse: fratres meos Julianum episcopum / renatum presbyterum; & filium meum Hylarium diaconum misi: qui vice præsentie meę implere sufficerent. Sed ei qui in errore est melius consuletur / si ibi vbi desipuit ibidem resipiscat: & vbi damnationem meruit illic indulgentiam consequatur. Data Idus Iunii Asturio & progenæ viris clarissimis consulibus.

Epistola beati Leonis papæ ad episcopos Galliarum & Hispaniarum de pascha. XCVI.

Dilectissimis fratrib<sup>9</sup> vniversis episcopis catholicae per Galliam & Hispaniam constitutis Leo.

**G**Vm in omnibus diuinorum preceptorum regulis exequendis / sacerdotalē obseruantiam oporteat esse concordem / maxime nobis & principiis liter prouidendum est ne in paschalis festi die vel ignoratia vel presumptio peccatum diuersitatis incurrat. Vnde quia tempus sacratissime solenitatis ita dispositos habet limites suos / ut salutare sacramentum nunc citius nunc tardius oporteat celebrari: non desinit apostolicę sedis sollicitudo prospicere / ne deuotio ecclesiastica aliquo turbetur in certo. Cum igitur in quibusdam ascriptionibus patrum futurum proxime pascha domini ab aliis in diem quintum decimum Calendas Maii: ab aliis in diem octauum Calendarum earundem inueniretur ascriptum: tantum mea diuersitas ista permouit / vt clementissimo principi Matcia no curam de hac re animi mei panderem: vt præcipite ipso ab his qui habent huius supputationis peritiam. Diligentius illuc discussa ratiōe queretur quo die posse veneat granda solennitas rectius celebrari. Quo rescribente octaua-

uo Calendas Maii definitus est dies. Quia ergo studio vni-  
tatis & pacis malui orientalium definitioni acquiescere:  
q̄ in tante festivitatē obseruātia disfidere: nouerit frater-  
nitas vestra die octaua Calendarū Maiarum ab omnibus  
resurrectionē dominicam celebrandam: & hoc ipsum per  
vos aliis esse fratribus intimandū: vt diuinę pacis consor-  
tio sicut vna fide iungimur: ita vna solēnitate feriemur,

Epistola Beati Leonis papē ad episcopos & presby-  
teros intra Thraciā prouinciā cōstitutos, XCVII.  
Dominis fratrib⁹ merito beatissimis in christo ve-  
nerabilibus: Samartionī/ carathonī/ desiderio/epi-  
scopis & presbyteris omnīū ecclesiarum quae sunt  
intra prouinciam Thraciam cōstitutę: Leo/ victo-  
rius/ Eustathius episcopi.

**R**anta seculi potestates circa sacerdotalem ordi-  
nem reuerentia preualere/etiam hīi quos sub īm-  
periali nomine terris diuina potētia p̄cessit p̄-  
cepit: vt ius dīstrīgendorum negotiorum episcopis san-  
ctis iuxta diuinalia cōstituta permiserint. Quod cum & iu-  
ris antiqui formulis & illatis frequentius sit & legibus cō-  
firmatum: p̄senti tēpore a plērisq; īuenimus fuisse cal-  
catum: Nā p̄termissō sacerdotali iudicio passim ad exa-  
men seculare transiere. Quocirca nobis vīsum est vt hanc  
& sacrē legis & nostri ordinis cōtumeliam & ad p̄sens vla-  
ciceretur plena districtio: & obseruandam formulam cō-  
stitueret in futurum. Censemus itaq; vt quicunq; p̄tēr  
missō sacerdote ecclesiæ suę ad disceptationem venerit se-  
cularium: sacris luminibus expulsus a cœlesti arceatur al-  
tario: Neq; vllus post hanc diffinitionem qui cōmuni se-  
dit atribitio quicq; sibi vltra p̄scriptum vendicare nīta

Q. iii.

Leoni<sup>s</sup> papæ

cur. Ita fieri: ut & hii qui ante errauere cōgrua emendatio  
ne se corrigār: & qui sub obseruatione clericali cœlesti pro  
batur seruire officio/ex clero abiisciendum: si p̄termissio  
sacerdotum iudicio sœculariam adierit potestatē. Quod  
ideo singulos vniuersosq; volum<sup>9</sup> agnoscere: ut quod ple  
no iustitię & iuris ordine cōstitutum est/ effectum tortius  
firmitatis in omnibus clericorum negotiis fortifiatur. Sa  
ne si clericus laicum pulset: prius se audiri ab episcopis po  
scat: tum si petitioni suę laicum viderit obuiare ex permis  
su episcopis sui in sœculi moderatores disceptatione confil  
gat. Leo episcopus scribit. Victorius episcopus scribit. Eu  
stathius episcopus scribit.

**C**Finis Epistolarum solidę doctrinę & catholice fi  
dei plenarū beati Leonis Pontificis maximi: In eadī  
bus Ascensionis ad Calendas Aprilis Annī ad sup  
putationem Romanam, M,D,XI,



